



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Lectiones
et Precationes
Ecclesiasticae
- Cæ.

Lecciones

Liturg
691

<36600657130010



<36600657130010

Bayer. Staatsbibliothek

33

Le^tiones & Pre- cationes Eccle- siaſticæ.

Opus plane frugiferum, & ad uſum
Scholarum Catholicarum, omnis
umque pietatis ueræ studiosorum
accommodatum, ut statim ex
Indice & præfatione cogi-
moscetur: nunc demum
auctum & recog-
nitum.

Cum Gratia & priuilegio Cesareo Maiestatis.

INGOLSTADII.

M. D. LVII.

F. Ioann. Stich.

INDEX OMNIVM, quæ hoc Libro continentur.

- I. Post prefationem Calendarium, cui Nonæ Idus aliaq; ad computum Ecclesiasticum spectantia coniunguntur.
- II. Formulae p̄dram precationum, in quibus sacerdos secundum sanam Ecclesiæ doctrinam & consuetudinem priuatim & communiter exerceantur.
- III. Epistole & Euangelia, quæ non solum Dominicis & festis diebus, sed etiam per totam Quadragesimam & Paschalem hebdomadam in templis leguntur.
- IV. Collectæ, seu precationes Ecclesiæ solennes, predictis Epistolis & Euangelijs respondentes.
- V. Hymni & cantica, quorum celebrior in Ecclesia est usus.
- VI. Scholia succincta pañim addita, que uice commentarij esse possunt ad capita rerum intelligendas.
- VII. Septem Psalmi pœnitentiales cum Litania, pro more veteris Ecclesiæ.
- VIII. Precationes S. Patrum selectæ.

Bayerische
Landesbibliothek
München

DERATIO NE, COMMODITAS.

te & usu operis huius, Praefatio.

Consilij nostri quod in hac editione sumus sequuti, amice Lector, non una quidem & puerilis, ut quibusdam videbitur, ratio fuit. Extant passim Epistolæ quas vocant, & Enangeliæ lectiones, quemadmodum festis diebus in Ecclesia proponi, ac publicè recitari solent. Utinam uero quali iudicio & spiritu illæ delectæ, & conuicnienter ordinatæ, nobisq; commendatæ sunt, part nos tum gratitudinis, tum pietatis affectu ac studio præclarum hoc institutum amplecteremur: nec solum Ecclesiam matrem admorientem, sed &

* 2 CHRI.

PRAEFATIO.

CHRISTV MIPSUM SaluacTorem illic loquentem, & per suos EUangelistas ac Apostolos docentem, quae decet reuerentia, auscultaremus. Ita fieret sane, ut ueras Christi oues, quae uocē eius audiunt, sincerius præstaremus, festos dies coleremus sanctius, ac minus etiam peccaremus, diuini uerbi gratia confirmati. Quare si sapimus, plurimi faciamus cibum coelestem, præsertim quem tam prudenter quam utiliter Ecclesia sancta dispensat, suisqe filiis tam pulchre in partes distributum offert, festisqe diebus publice porrigit: nimirum ut habent non pueri modo, sed etiam prouectiores animae suae salutare pabulum, panem uitae & intellectus. Eoqe magis probari meretur, qui uel ad uerbū ediscunt Divinas & Apostolicas illas sententias: ex qua

P R A E F A T I O :

ex quibus multa deinde succurrunt ad formandum iudicium, ad communis honestæ uitæ usum parandum, ad nostras insuper et aliorum conscientias probè instituendas, summoq; iudici D E O comprobandas conducibilia.

Verum enim uero in ijs quæ nunc circuferuntur, Epistolarum & Evangeliorum æditionibus, hoc sapientes non pauci deplorant, nouas authorum non optimi nominis, easq; sæpe suspectas, ave nulla certe Ecclesiæ autoritate comprobatas uersiones obtrudi: ueterem autem ac uulgaratam negligi, et supprimi translationem, quæ tot seculis recepta, tantoq; patrum, Synodorum, & doctorum hominum consensu cohonestata, & defensa, ab indignis istis & sciolis tam indegne reprobensa est. Sed offendit stili &

* 3 uerioz

PRAEFATIO.

uerionis simplicitas. Atque regnum
DEI non in sermone, sed in uirtute est,
Apostolo teste. Non uerborum pul-
chris frondibus & folijs, sed bonorum
operum solidis fructibus arbor Euange-
lica dignoscitur. Non quam diserte &
polite, sed quam probè et pie uixerimus,
olim Iudex Deus requiret. In rebus li-
terisq; Diuinis humana ornamenta utia-
liter negliguntur, DEI uirtus & sa-
pientia simplicitate & ruditate, ut in
Apostolis, mundo commendatur: ar-
dor pie mentis & innocentia uitæ qua-
ritur; orationis lenocinia studiose ca-
uentur, nimirum ut prædicatio fidei non
persuasilibus humanae sapientiae uer-
bis, sed ostensione spiritus & effectu
uirtutis constare videatur.

Viderint igitur, quam prudenter
ac pie

PRAEFATI^O

ac pie faciant, qui recentes, nec raro su-
spectas & propbanas istas S. Bibliorū
versiones ac precandi etiam formulas uel
proponunt, uel sectantur. Certe Apo-
stolus haud temerē scripsit : FOR-
MAM HABE SA-
NORVM VERBO-
RV M, quæ didicisti, in scbola diuina
scilicet, Ecclesiae Catholice. Ac rur-
sus : PROPHAN^A &
uaniloquia deuita: multūm enim profi-
ciunt ad impietatem. Adeo tutum non
est, ab Ecclesiæ receptis ac probatis uer-
bis, ciudemq; sensu & spiritu germano
discedere. Suū illa eloquii obtinet ac di-
cēdi genus quoddā peculiare, nō fucatum
quidē illud, sed tamen masculū, casta sim-
plicitate, ac decenti grauitate, mirabiliq;
fæcunditate, & latente spiritus uirtute

* - A quam

PRAEFATI.

quam p̄ij indē depromunt, abundans ac efflorescens. Idcirco uehementer optandum ac enixē prouidendū est, si sapimus, ut iuuētus Christiana, quæ nouorū scriptorum, & errorum fermento misere uitiantur, iam indē ab incunabulis (quod aiūt) materno & genuino quasi lacte nutriantur, id est, in sana & probata Ecclesiæ sanctæ doctrina prouehatur, ijsdemq; Scripturæ citandæ uerbis, nec dissimilibus preceandi formulis, adsuefiat.

Superest de commoditate, & usu operis dicere. Habent hic sane tum pueri, tum præceptores, quæ sacris diebus de sacris interf se tractent, ac cōferant: quod studium est uerè Christianum. Habent studiosi omnes quæ domi, seu in templis legant & quæq; legendo, diuinis de rebus & negotio salutis æternæ meditentur.

Habent

P R A E F A T I O ?

Habent sacerdotes, heri, patres familias quod ad mensam sibi, & suis prælegendū current è sacris, idq; non solum festis, sed etiam Quadragesimæ diebus omnibus, ut cùm corporis, tūm animæ cibus non desit salutaris. Habent pīj. omnes selec-
tas precandi formulas, breues quidem illas, sed uerborum grauiate, ac rerum pondere admirabiliter plenos, et foecun-
dis. Habent demūn qui psallere cus-
piunt, Hymnos probatos, & cantica
spiritualia, quibus iuxta Paulinum cons-
siliū, mentem & uocem religiose ex-
erceant. Certè germanis Ecclesiæ filijs
non potest non honestum, ac salutiferum
esse, cum Ecclesia matre credere, confis-
teri, precari consentienter, & siue pri-
uatim, siue publicè, suos erga D E a
V M & sanctos ciuius, pios affectus

* S sic

PRAEFATIO.

Nic testari conceptis uerbis, quemadmodū
tot ætatum sancti, docti & sapientes
homines in solenni usū babuerunt. Si
quis autem uult contentiosus esse (ut
contentionum plena nunc sunt omnia)
nos inquit Paulus, tales consuetudinem
nō habemus, neq; Ecclesia DEI. Qua
rē quisquis Catholice cum Ecclesia sena
tis, Catholicum hunc nostrum conatum
boni consules, & in tuum aliorumq; ua
sum conuertes, DEO OPT.

M A X. bene fauente. Ipsi
honor, & gloria sem
piterna.

I. TIMOTH. IIII.

PIETAS ad omnia utilis est: promis
sionem habens uitæ quæ nunc
est, & futuræ.

DE ANNO ET PAR-
tibus eius.

ANNVS Mensis habet duodecim, Nebdoma-
matis duas et quinquaginta, et diem unum;
Dies vero trecentos sexaginta quinque, et sex horas

Ex quot diebus constet unusquisque Mensis:

Triginta Aprilis, Iunii, Septembris, Novembris.
Uno plus alij: viginti Februus octo.

At si bissexto fuerit, super additur unus.
Et tunc bissexto Marti conscribe Calendae,

DE NUMERO NONARVM
ac Iduum singulorum Mensium.

sex Nonas Maius, October, Iulius, et Mars.
Quatuor et reliqui dabit Idus quilibet octo.

Et notandum, primo quoque die mensis dicendum, Calen-
datis, Quinto Nonis, Decimo tertio Idibus, ubi Non-
ne quatuor: ubi vero sex, Septimo Nonis, Decimo
quinto Idibus in casu sexto. Reliquis autem diebus
pridie, tertio, quarto Calendae, aut Nones, aut Idus
in casu quarto retrorsum numerando usque ad eam
diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicimus,
quemadmodum in singulis mensibus hoc Calendario
excusis uidere licet.

Dicitur

DE AEQVINOCTIIS
Anni, & Solsticijs.

Lampert, Gregorij, nox est æquata dici.

Vix, Lucia, sunt duo solsticia.

De quatuor anni partibus.

Dat Clemens hyemem, dat Petrus uer cathedralis.
Aestuat Urbanus, Autumnat Symphorianus.

Tenunia quatuor temporum anni.

Post Crux, post Cineres, post Spiritus, atq; Lucia.
Sætibi in angaria, quartæ sequens feria.

Qualitates quatuor partium anni.

Aestas fœcā calens, Autumnus fœcūs, & algens.
Friget & humet hyems, calidū uer sitit humens.

Ecclesiastes. III.

OMNIA tempus habent, & suis spa-
cij transiunt uniuersa sub.cœlo. Tem-
pus nascendi, & tempus moriendi.

KL. IANVARIVS babet dies XXXI.
Luna uero XXX.

A	1	Ci.	Circumcisio domini	Calendis Ianuarij
b	2	si.	Octaua S. Stephani	Quarto nonas Ian.
c	3	o.	Octaua S. Ioannis.	Tertio nonas Ian.
d	4	ia.	Octaua Innocentum	Pridie nonas Ian.
e	5	nus.	Telephori Pape	Nonis Ianuarij.
f	6	E.	Epiphania domini	Octauo Idus Ian.
g	7	pi.	Cleti martyris	Septimo Idus Ian.
A	8	si.	Erhardi Episcopi	Sexto Idus Ianua.
b	9	bi.	Martialis uirginis	Quinto idus Ian.
c	10	uen.	Pauli primi etemite	Quarto idus Ian.
d	11	di.	Iginij Pape	Tertio idus Ianu.
e	12	cat.	Satirij & Arcadij	Pridie idus Ianus
f	13	o.t.	Hilarij Episc. et conf.	Idibus Ianuarij.
g	14	ue.	Felicitis presbyteri	19 cal. Februarij.
A	15	li.	Mauri abbatis	28. calend. Febru.
b	16	Mar.	Marcelli Pape	27. calend. Febru.
c	17	an.	Anthoni abbatis	26. calend. Febr.
d	18	Pris.	Prisciæ uirginis	25 cal. Februarij.
e	19	ca.	Marij & Marthe	14. cal. Februarij.
f	20	Fab.	Fabiani & Sebastiani	13. cal. Februarij.
g	21	Ag.	Agnetis uirginis	12. Calend. Febr.
A	22	Vin.	Vincentij martyris	11. Calend. Febr.
b	23	cen.	Emerentiane uirginis	Decimo cal. Febr.

e 24 ti.	Timothei discipu.	Pau.	Nono cal. Febr.
d 25	Pau.	Conuersio[n]is Pauli	Octauo cal. Febr.
e 26 po.	Polycarpi martiris		Septimo ca. Febr.
f 27 no.	Ioannis Chrysostomi		Sexto cal. Febr.
g 28 bi.	Kareli & Vuertheri		Quinto cal. Febr.
A 29 le.	Valer. episcopi		Quarto cal. Febr.
b 30 lu.	Adelgundis uirginis		Tertio cal. Feb.
c 31 men.	Virgilij episcopi		Pridie cal. Febr.

Quoniam non parum prodest uersantibus cum priuatissimum publicis in rebus, anni et mensium seriem probè tenere: subiunximus ideo singulis nostri Calendarij mensibus carmina, que (licet nonnihil in bunc usum coacta sint) veterum prudenia, memorie iuuandæ gratia, nobis reliquit.

Ci fio ia nus e pi si bi uen di cat oct ue li Mar an
prisca Fab Ag Vin centi Pau po no bi le lu mett.

KL. Februarius habet dies **XXVIII.**
Luna **XXIX.** cum uero bissexto
fuerit, habet dies **XXIX.**
Luna autem **XXX.**

2 Bri. Brigidæ virginis **Calend's Februarij.**
2 Pur. Purificatio Marie **Quarto ho. Febr.**

f 3	Bla. Blasij episcò. et mar.	Tertio non. Febr.
g 4	sus. Veronicae uirginis	Pridie non. Feb.
A 5	Ag. Agathæ uirginis	Nonis Februarij
b 6	Dor. Dorotbeæ uirginis	Octauo idus Feb.
c 7	Fe. Richardi regis	Septimō idus Fe.
d 8	bru. Syri episcopi	Sextoidus Feb.
e 9	Ap. Apolonie uirginis	Quinto idus Feb.
f 10	Scho. Scholastice et Guil.	Quarto idus Feb.
g 11	laf. Eupbrastæ uirginis	Tertio idus Feb.
A 12	ti. Eulalie uirginis	Pridie idus Feb.
b 13	ca. Castoris Presbyteri	Idibus Februarij
c 14	Vd. Valéntini cpi. et mar.	16. Calen. Mar.
d 15	lent. Faustini martyris	15. Cal. Martij
e 16	iu. Julianæ martyris	14. Cal. Martij
f 17	li. Polytronij episcopi	13. Calen. Martij
g 18	con. Constantie uirginis	12. Calen. Martij
A 19	iun. Gabini et Susanne	11. Calen. Martij
b 20	ge. Eucharij episcopi	Decimo cal. Mar.
c 21	tunc. Hilarij papæ	Nonocal. Martij
d 22	Pe. Cathedra Petri Apo.	Octauo cal. Mar.
e 23	trum. Gerardi episco. Vig.	Septimocal. Mar.
f 24	Mat. Mathiae Apostoli	Sextocal. Martij
g 25	thi. Serapionis et Papie	Quinocal. Mar.
A 26	am. Nestoris episcopi	Quarto cal. Mar.
b 27	in. Iulianni martyris	Tertio.cal. Mar.
c 28	de. Romani abbatia	Pridie cal. Martij

Eri pur Blasus Ag Dor Febru Ap Scho lastica Vda
Julicon iunge tunc Petrum Mat thi am in de. (lent.

KL. MARTIVS babet dies XXXL
Luna uero babet XXX.

d	1	Mar. Albini Episcopi	Calendis Martij.
c	2	ti. Simplicij episcopi	Sexto no. Mar.
f	3	us. Kunegundis impera.	Quinto no. Mar.
g	4	A. Adriani martyris	Quarto no. Mar.
A	5	dri. Fatimartyris	Tertio no. Mar.
b	6	a. Fridolini confessoris	Pridie non. Mar.
c	7	per. Thomae de aquino	Nonis Martij.
d	8	de. Philemonis diaconi	Octauo idus Mar.
e	9	co. Quadraginta militū	Septimo idus Ma.
f	10	ra. Alexandri & Gaij	Sexto idus Mar.
g	11	tur. Cuniperie episcopi	Quinto idus Ma.
A	12	Gre. Gregorij Pape	Quarto idus Ma.
b	13	go. Aequinoctiū uernale	Tertio idus Mar.
c	14	ri. Zacharie Pape	Pridie idus Mar.
d	15	o. Longini militis	Idibus Martij.
e	16	Cyr. Cyriaci diaconi	17. Calen. Aprilis.
f	17	Ger. Gertrudis uirginis	16. Calen. Aprilis.
g	18	erud. Alexandri episcopi	15. calend. Aprilis.
A	19	al. Joseph nutritoris do.	14. calen. Aprilis.
b	20	ba. Guberti Episcopi	13. calen. Aprilis.

e 21	Be. Benedicti abbas	22. cal. Aprilis
d 22	ne. Pauli episcopi	Vndeclimo ca. Ap.
c 23	iun. Theodorici martyris	Decimo cal. Apr.
f 24	cta. Pigmenij episcopi	Nono cal. Apr.
g 25	Ma. Annunciatio Mariæ	Octauo cal. Apr.
A 26	ri. Castoli martyris	Septimo cal. Apr.
b 27	a. Ioannis eremite	Sexto cal. Aprilis
c 28	ge. Prisci et Malchi	Quimo cal. Apr.
d 29	ni. Eustachij martyris	Quarto cal. Apr.
e 30	tri. Quirini tribuni	Tertio cal. Apr.
f 31	ce. Guidonis abbatis	Pridie cal. Aprilis

Mar ti us A dri a per de co ra tur Gre go rio Cyr
Gertrud alba Be ne iun cta Mari a ge ni trice.

LK APRILIS habet dies XXX. Luna uero habet XXIX.

g 1	A. Theodore uirg.	Calendis Aprilis
A 2	pril. Theodosie uirginis	Quarto non. Ap.
b 3	in. Marie Aegiptiace	Tertio non. Ap.
c 4	Am Ambroſij episcopi	Pridie nonas Ap.
d 5	bro. Vincenij predicato.	Nonas Aprilis
e 6	si. Diogenis martyris	Octauo idus Ap.
f 7	i. Celestini Pape	Septimo idus Ap.
g 8	ſef. Apollonij martyris	Sexto idus Aprilis



A	9	th.	Diascori abbatis	Quinto idus Ap.
b	10	o.	Ezechielis Prophetæ	Quarto idus Ap.
c	11	uat.	Leonis pape & mar.	Tertio idus Apr.
d	12	at.	Iulij pape	Pridie idus April.
e	13	q;	Bupbemie uirginis	Idibus Aprilis
f	14	Ti.	Tiburtij et Valeriani	18. Calēdas Maij
g	15	bur.	Olympiadis marty.	17. calend. Maij
A	16	ci.	Petri diaconi	16. calēdas Maij
b	17	Et.	Rodulphi episcopi	15. calēdas Maij
c	18	Va.	Inbini episcopi	14. calēdas Maij
d	19	ler.	Hermogenis marty.	13. calēdas Maij
e	20	san.	Supply & seruilia	12. calend. Maij
f	21	cti.	Symeons martiris	11. calend. Maij
g	22	q;	Caij pape	Decimo cal. Maij
A	23	Ge.	Georgij mil & mar.	Nono calē. Maij
b	24	or.	Alberti episcopi	Octauo cal. Maij
c	25	Mai.	Marci euangeliſte	Septimo cal. Maij
d	26	ci.	Cleti pape	Sexto calen. Maij
e	27	q;	Anaſasij pape	Quinto cal. Maij
f	28	ui.	Vitalis martyris	Quarto cal. Maij
g	29	ta.	Petri de Mediolano	Tertio calē. Maij
A	30	lis.	Mariani martyris	Pridie calen. Maij

Aprilim Ambroſi festis ouat at q; Tiburci
& Valerſanti q; Geor Marci q; Vitalis.

KL. M A E V S babet dicit **XXXI.**
Luna uero babet **XXX.**

b	1	Pbi. Philippi & Iacobi	Calendis Maij
c	2	lip. Athanasij episcopi	Sexto nonas Maij
d	3	Crux. Inuenitio sanc. & crucis	Quinto non. Maij
e	4	Flor. Lathceae coro. & cla.	Quarto no. Maij
f	5	Goth. Gotthardi episcopi	Tertio non. Maij
g	6	Io. Ioannis ante port. la.	Pridie nonas Maij
A	7	an. Domitille uirginis	Nonis Maij
b	8	la. Stanislai episcopi	Octauo Idus Maij
c	9	ti. Gregorij theologi	Septima idus Maij
d	10	ne. Gordiani & Epima.	Sexto idus Maij
e	11	pi. Mamerti episcopi	Quinto idus Maij
f	12	ne. Pancratij martyris	Quarto idus Maij
g	13	ser. Gangolfi martyris	Tertio idus Maij
A	14	et. Sancti Iob	Pridie idus Maij
b	15	Sopb. Isidori martyris	Idibus Maij
c	16	Ma. Peregrini episcopi	17. Calendas Junij
d	17	ius. Torpeti martyris	16. calend. Junij
e	18	in. Diascori & Lectoris	15. calend. Junij
f	19	hac. Potentiane uirginis	14. calend. Junij
g	20	sc. Bernardini confessio.	13. calend. Junij
A	21	ri. Valentini episcopi	12. calend. Junij
b	22	c. Helenae regiae	11. calend. Junij
c	23	tes. Desiderij episcopi	Decimo calē. Junij

* 2

d 24 net.	Domitiani Rogatiani	Nono cal.	Iunij
e 25 Vr.	Vrbani papa	Octauo cal.	Iunij
f 26 ba.	Bede presbyteri	Septimo cal.	Iunij
g 27 ni.	Luciani presbyteri	Sexto calen.	Iunij
A 28 pe.	Guilhelmi ducis Aqt.	Quimo cal.	Iunij
b 29 de.	Maximini episcopi	Quarto cal.	Iunij
c 30 Cris.	Vuigandi	Tertio cal.	Iunij
d 31 pan.	Petronellæ virginis	Pridie calen.	Iunij

Philip Crux Flor Göth lo an latine pineser et Soph
Maius in hac se rie te net Vrbani p[ro]de Crisp[an].

KL. IVNIVS babet dies XXX.
Luna uero habet XXIX.

e 1	Nic.	Nicomedis martyris	Calendis Iunij
f 2	Mar.	Marcellini & Petri	Quarto non. Iunij
g 3	cel.	Erasmi martyris	Tertio non. Iunij
A 4	li.	Cyrini martyris	Pridie nonas Iunij
b 5	Bo.	Bonifacij episcopi	Nonis Iunij
c 6	ni.	Benigni presbyteri	Octauo idus Iunij
d 7	dat.	Luciani epis. & mar.	Septimo idus Iunij
e 8	lun.	Medardi episcopi	Sexto idus Iunij
f 9	pri.	Primi & Feliciani	Quinto idus Iunij
g 10	mi.	Onofrij eremite	Quarto idus Iunij
A 11	Ba.	Barnabæ apostoli	Tertio idus Iunij

b	13	Cy.	Basylid. Cyrini. Nab.	Pridie Idus Iunij
c	13	ri.	Antonij ord. Min.	Idibus Iunij
d	14	ni.	Solstitium aestivale	18. Calend. Iulij
e	15	Vi.	Viti & Modest. mar.	17. calend. Iulij
f	16	te.	Aurelianii episcopi	16. calend. Iulij
g	17	qz.	Paule virginis	15. calend. Iulij
A	18	Mar.	Marcii & Marcelli	14. calend. Iulij
b	19	proth.	Geruasi et probasij	13. calend. Iulij
c	20	os.	Reginae virginis	12. calendis Iulij
d	21	Al.	Albani epis. & mar.	11. calendis Iulij
e	22	san.	Decem milium martyrum	Decimo cal. Iulij
f	23	cti.	Pauli episcopi	Nono calend. Iulij
g	24	io.	Natiuitas Ioannis bap.	Octavo calen. Iulij
A	25	an.	Gallicani & Elogij	Septimo cal. Iulij
b	26	io.	Ioannis et Pauli mar.	Sexto calend. Iulij
c	27	dor.	Sepe mendicantium	Quinto calen. Iulij
d	28	le;	Leonis pape	Quarto calen. Iulij
e	29	Pc.	Petri et Pauli apost.	Tertio calen. Iulij
f	30	Pau.	commemoratio Pauli	Pridie calen. Iulij

Nic Mar cel li Bo ni dat Iun pri mi Ba Cyrini.

Vite qz; Mar proth os Al san ctu Io an io dor le pe Pau.

KL. I V L I V S habet dies XXXI.
Luna uero habet XXX.

g	2	Iul.	Theobaldi episcopi	Calendis Iulij
A	3	Vi.	Visitatio Mariae	Sexto nonas Iulij

* * 3


- b 3 ces. Gregorij episcopi Quinto non. Iulij
 c 4 v. Vdalrici episcopi Quarto non. Iul.
 d 5 dale Zoë martyris Tertio non. Iulij
 e 6 oc. Gueroconfesso. Pridie nonas Iulij
 f 7 uil. Vuilibaldi episcopi Nonis Iulij
 g 8 Kl. Kiliani et socio eius Octavo Idus Iulij
 A 9 li. Cyxilli episcopi Septimo idus Iulij
 b 10 fra. Septem frat. filij. Feli. Sexto idus Iulij
 c 11 Be. Translatio S. Bened. Quinto idus Iulij
 d 12 ne. Hermogari episcopi Quarto idus Iulij
 e 13 Mar. Margarete. Henrici Tertio idus Iulij
 f 14 gar. Bonaventure doctoris Pridie idas Iulij
 g 15 Al. Ciriaci et Iulite mar. Idibus Iulij
 A 16 post. Eustachij ex Vualth. 17. calend. Augu.
 b 17 Al. Alexij confessoris 16. calend. Augu.
 c 18 Ar. Arnolfi ex Materni 15. calend. Augu.
 d 19 nut. Iusta ex Rufine 14. calend. Augu.
 e 20 phus. Iosephi iusti 13. calend. Augu.
 f 21 Brax. Arbogasti episcopi 12. calen. Augu.
 g 22 Mag. Marie Magdalene 11. calend. Augu.
 A 23 Ap; Apollinaris martiris Decimo cal. Augu.
 b 24 Chrif. Chriſtine uirginis Decimo cal. Augu.
 c 25 4. Jacobi apo'lo Christi. Octavo cal. Augu.
 d 26 co. Anne matris Marie Septimo cal. Aug.
 e 27 bi. Symeonis, Bertoldi Sexto cal. Augu.
 f 28 g. Panthalonis marty. Quinto cal. Augu.

A 29 An. Beatrix & Marthe Quarto cal. Au.
A 30 ab. Abdonis & Sennis Tertio cal. Aug.
b 31 don. Germani episcopi Fridie cal. Aug.

Julii ces Vdalocuuil Ki li fr. Be ne Margar Apot
Al. Ar nul phus Brax Mag Ap Chris la cobiq; sen
(ab)tion.

KL. AVGVSTVS habet dies XXXI.
Luna uero habet XXX.

c	1	Pc.	Vincula Petri	Calendis Augusti
d	2	Steph.	Stephani pape	Quarto no Aug.
c	3	Stepb.	Inuenitio S. Stephani	Tertio non. Au.
f	4	proth.	Terculini martyris	Pridie nonas Au.
g	5	os.	Oswaldi regis & Do.	Nonis Augusti
A	6	Sixt.	Sixti pape et marty.	Octauo idus Au.
b	7	Aff.	Apbre martyris	Septimo idus Au.
c	8	Cy.	Cyriaci et socio eius	Sexto idus Aug.
d	9	ro.	Romani militis	Quinto idus Aug.
e	10	All.	Laurencij martyris	Quarto idus Au.
f	11	Ti.	Tiburtij et Susanne	Tertio idus Aug.
g	12	bur.	Clare virginis	Pridie idus Aug.
A	13	Hip.	Hippolytij & so. eius	Idibus Augusti
b	14	Eu.	Eusebij confessoris	19. cal. Septemb.
c	15	Sumpt.	Assumpt. Marie	18. cal. Septemb.
d	16	ti.	Rochi confessio.	17. cal. Septemb.



e	17	o.	Verena imperatricis	16. cal. Septemb.
f	18	A.	Agapiti martyris	15. calend. Septo.
g	19	g.	Sebaldi & Ludouici	14. calend. Septe.
A	20	pi.	Bernhardi abbatis	13. calend. Sept.
b	21	Thi.	Anastasij martyris	12. calend. Sept.
c	22	thi.	Timothei et Simpho.	11. calend. Sept.
d	23	mo.	Zachei episcopi	Decimo cal. Sept.
e	24	Bar.	Bartholomei apostolo.	Nono cal. Sept.
f	25	tho.	Ludouci regis	Octauo cal. Sept.
g	26	lo.	Severini martyris	Septimo cal. Sept.
A	27	Ruf.	Rufi & Gebhardi	Sexto cal. Sept.
b	28	Aug.	Augustini episcopi	Quinto cal. Sept.
c	29	col.	Decol. Io. bap. Adel.	Quarto cal. Sept.
d	30	au.	Felicis & Adauerti	Tertio cal. Sept.
e	31	cti.	Paulini episcopi	Pridie Calen. Sep.

Pe Steph Steph preth os Sixt Aff Cy ro Lau Tibur
 Hip Eu. Sump tie A ga pi Thithi mo Bar tho lo
 Ruf An col au cti.

KL. SEPTEMBER habet dies XXX. Luna uero habet XXIX.

f	1	E.	Egidij ab. Verene u.	Calendis Septemb.
g	2	gi.	Emerici ducis	Quarto non. Sep.
A	3	di.	Mansueti episcopi	Tertio non. Sept.
f	4	um.	Scapie virginis	Pridie nonus Sep.

c	5	scp.	Marcelli martyris	Nonis Septembri
d	6	ha.	Victorini martyris	Octavo idus Sept.
e	7	bet.	Regine virginis	Septimo idus Septem.
f	8	Nat.	Nativitas B. Marie	Sexto idus Septem.
g	9	gor.	Gorgonij martyris	Quinto idus Sept.
A	10	gon.	Sofonis & Victoris	Quarto idus Sept.
b	11	pro.	Prothi & Hiacinti	Tertio idus Sep.
c	12	thi.	Siri & Eueneij	Pridie idus Septem.
d	13	ci.	Materni episcopi	Idibus Septembri
e	14	crux.	Exaltatio S. crucis	23. Calend. Octo.
f	15	Nic.	Nicomedis mart.	17. calen. Octobris
g	16	Eu.	Euphemiae vir.	18. calen. Octobris
A	17	Iam.	Lamperti episcopi	15. calend. Octobris
b	18	per.	Richardis impatrick	14. calen. Octobris
c	19	ti.	Ianuarij episcopi	13. calen. Octobris
d	20	q.	Faustae virginis	13. calend. Octobris
e	21	Mat.	Mathaei apost. et Euā.	11. calend. Octobris
f	22	Mau.	Mauritij et soci. clus	Decimo cal. Octob.
g	23	ri.	Zosij diaconi	Nonocal. Octobr.
A	24	ci.	Rupertie episcopi	Octavo cale. Octo.
b	25	us.	Cleopbae discipulido.	Septimo cal. Octo.
c	26	&	Cyprian.e et Iustine	Sexto cal. Octobris
d	27	da.	Cosme & Damiani	Quinto cal. Octob:
e	28	Vuč.	Vučceslai regis Bob.	Quarto cal. Octob.
f	29	Mich.	Michaelis archageli	Tertio cal. Octob:
g	30	Hic.	Hieronymi et ottonis	Pridie cal. Octob.

* + - 3

Egidij nūm sephēbet Nat gor gon prothici erux Nic
Eu lam per uq. Mat Maurici us et da Vuc Mich
Hier.

KL. OCTOBER habet dies XXXI.
Luna uero habet XXX.

A	2	Re.	Remigij episcopi	Calendis Octobrie
b	3	mi.	Leodegarij episcopi	Sexto No. Octob.
c	4	qz.	Ludouici episcopi	Quinto No. Oct.
d	5	Fran.	Francisci confessoris	Quarto no. Octo.
e	6	cis.	Placidi & Eutbitij	Tertio no. Octob.
f	7	cis.	Fids uirginis	Pridie non. Octo.
g	8	Mar.	Sergij & Bachi	Nobis Octobris
A	9	cis.	Pelagie peccatricis	Octauo Idus Oct.
b	10	di.	Dionysij & soc. eius	Septimo idus Oct.
c	11	ger.	Geronis & soc. eius	Sexto idus Octo.
d	12	ar.	Vedasti & Eustachij	Quinto idus Octo.
e	13	ii.	Maximiliani marty.	Quarto idus Oct.
f	14	qz.	Burchardi et Colonij	Tertio idus Octo.
g	15	Ca.	Calixti pape	Pridie idus Octo.
A	16	lxxt.	Aureliae uirginis	Idibus Octobris
b	17	Gal.	Galli abba. Sigismun	17. Calen. Noue.
c	18	lc.	Lucine Romane	16. calen. Nouem.
d	19	Lu.	Luce euangeliste	15. cal. Nouemb.
e	20	cis.	Ptolomei & Lucij	14. cal. Nouemb.
f	21	uul.	Maximi et Vuendeli.	13. cal. Nouemb.

a 21	ux.	Vnde <u>c</u> im milii uirgi.	22. cal.	Nouemb.
A 22	sc.	Seueri episcopi.	23. cal.	Nouemb.
b 23	sc.	Seuerni episcopi	Decimo cal.	No.
c 24	ra.	Ra <u>d</u> egundis regine	Nono cal.	Nouē.
d 25	Cris.	Crifpini & Crifpinia.	Octauocal.	No.
e 26	pi.	Amandi, Pelagie uir.	Septimocal.	No.
f 27	ni.	Sabine, Crescente	Sextocal.	Nouē.
g 28	Si.	Simonis & Iude ap.	Quinuocal.	Nou.
A 29	mo.	Narcisci episcopi	Quarto cal.	No.
b 30	nis.	Marcelli militis	Tertio cal.	Nou.
f 31	Quin.	Quinimi & Vuolffg. Pridic cal.	Nono.	

Remig; Fran ciscus Mar cui di ger ar ti q; Calixt
Galle Lucas uil un se sc re Cri spi ni Si monis Quinti

KL. NOVEMBER habet dies XXX. Lunae uero habet XXIX.

a 1	Om.	Omnium sanctorū	Calendis Nonem.
c 2	ne.	Omnium animarū	Quanto non. No.
f 3	No.	Theophili et Vitalis	Tertio non. No.
g 4	uem.	Amantij episcopi.	Pridic non. No.
A 5	beri.	Melachile episcopi	Nonis Nouemb.
b 6	Lc.	Leonardi cōfessoris	Octauo Idus Ne.
c 7	o.	Florētij episcopi Ar.	Septimo idus Na.
d 8	qua.	Quatuer sacerdotorū	Sexto idus Nouē.

d	24	net.	Domitiani Rogatiani	Nono cal.	Iunij
e	25	Vt.	Vrbani papa	Octauo cal.	Iunij
f	26	ba.	Bede presbyteri	Septimo cal.	Iunij
g	27	ni.	Luciani presbyteri	Sexto calen.	Iunij
A	28	pe.	Guilhelmi ducis Aqt.	Quinto cal.	Iunij
b	29	de.	Maximinie episcopi	Quarto cal.	Iunij
c	30	Cris.	Vuigandi	Tertio cal.	Iunij
d	31	pan.	Petronelle virginis	Pridie calen.	Iunij

Phi lip Crux Flor Göth lo an lati ne pi ne ser et Soph
Ma ius in bac se rie te net Vr bani pe de Cris pan.

KL. IVNIVS babet dies XXX.
Lunduero babet XXIX.

e	1	Nic.	Nicomedis martyris	Calendis	Iunij
f	2	Mar.	Marcellini & Petri	Quarto non.	Iunij
g	3	cel.	Erasmi martyris	Tertio non.	Iunij
A	4	li.	Cyrini martyris	Pridie nonas	Iunij
b	5	Bo.	Bonifacij episcopi	Nonis	Iunij
c	6	ni.	Benigni presbyteri	Octauo	Idus Iunij
d	7	dat.	Luciani epis. & mar.	Septimo idus	Iunij
e	8	Iun.	Medardi episcopi	Sexto idus	Iunij
f	9	pri.	Primi & Feliciani	Quinto idus	Iunij
g	10	mi.	Onofrij eremite	Quarto idus	Iunij
A	11	Ba.	Barnabe apostoli	Tertio idus	Iunij

b	12	Cy.	Basylid. Cyrini. Nab.	Pridie Idus Iunij
c	13	ri.	Antonij ord. Min.	Idibus Iunij
d	14	ni.	Solstitium aestivalē	18. Calend. Iulij
e	15	Vi.	Viti & Modest. mar.	17. calend. Iulij
f	16	te.	Aurelianepiscopi	16. calend. Iulij
g	17	q.	Pauli virginis	15. calend. Iulij
A	18	Mar.	Marcii & Marcelli	14. calend. Iulij
b	19	proth.	Geruasi et probasij	13. calend. Iulij
c	20	os.	Regine virginis	12. calendis Iulij
d	21	Al.	Albani epif. & mar.	11. calendis Iulij
e	22	san.	Decem milium mari	Decimo cal. Iulij
f	23	cti.	Pauli episcopi	Nono calend. Iulij
g	24	Io.	Nativitas Ioannis bap.	Octavo calen. Iulij
A	25	an.	Gallicani & Elogij	Septimo cal. Iulij
b	26	io.	Ioannis et Pauli mar.	Sexto calend. Iulij
c	27	dor.	Septem dormientium	Quinto calen. Iulij
d	28	le;	Leonis pape	Quarto calen. Iulij
e	29	Pe.	Petri et Pauli apost.	Tertio calen. Iulij
f	30	Pau.	cōmemoratio Pauli	Pridie calen. Iulij

Nic Mar cel li Bo ni dat Iun pri mi Ba Cyrini.
Vite q; Mar proth os Al san ctio lo an io dor le pe Pau.

KL. I V L I V S habet dies XXXI.
Luna uero habet XXX.

g	2	Iul.	Theobaldi episcopi	Calendis Iulij
A	3	Vi.	Visitatio Marie	Sexto nonas Iulij
				* * 3

- b 3 ces. Gregorij episcopi Quinto non. Iulij
c 4 v. Vdalrici episcopi Quarto non. Iul.
d 5 dale Zoe martyris Tertio non. Iulij
e 6 oc. Guero confesso. Pridie nonas Iulij
f 7 uui. Vuilibaldi episcopi Nonis Iulij
g 8 Ki. Kiliani et socio eius Octavo Idus Iulij
A 9 li. Cyrilli episcopi Septimo idus Iulij
b 10 fra. Septem frat. filii. Feli. Sexto idus Iulij
c 11 Be. Translatio S. Bened. Quinto idus Iulij
d 12 ne. Hermogari episcopi Quarto idus Iulij
e 13 Mar. Margaretæ. Henrici Tertio idus Iulij
f 14 gar. Bonaventure doctoris Pridie idas. Iulij
g 15 A. Ciriaci et Iulite mar. Idibus Iulij
A 16 post. Eustachij ex Vualth. 17. calend. Augu.
b 17 Al. Alexij confessoris 16. calend. Augu.
c 18 Ar. Arnolfi ex Materni 15. calend. Augu.
d 19 nut. Iuste ex Rufine 14. calend. Augu.
e 20 phus. Iosephi iusti 13. calend. August.
f 21 Brax. Arbogasti episcopi 12. calen. Augusti
g 22 Mag Mariæ Magdalene 11. calend. Augu.
A 23 Ap; Apollinaris martiris Decimo cal. Augu.
b 24 Chrif. Christiane virginis Decimo cal. Augu.
c 25 i. Jacobi apostolo Christi. Octavo cal. Augu.
d 26 co. Anne matris Mariæ Septimo cal. Aug.
e 27 bi. Symeonis, Bertoldi Sexto cal. Augu.
f 28 g. Panthalonis marty. Quinto cal. Augu.

- 2 89 An. Bedricks & Marthe Quarto cal. Au.
 A 30 ab. Abdonis & Sennis Tertio cal. Aug.
 b 31 don. Germani episcopi Fridie cal. Aug.

Julii ces Vdalocuuil Kili fr. Be ne Margar Apot
 Al. Ar ual phus Brax Mag Ap Chrif la co biq; sen
 Cabton.

KL. AVGVSTVS habet dies XXXI.

Luna uero habet XXX.

- | | | | |
|------|---------------------------------------|---------------------------------------|-------------------|
| c 1 | Pc. | Vincula Petri | Calendis Augusti |
| d 2 | Steph. Stephani pape | Quarto no Aug. | |
| e 3 | Stepb. Inuenitio S. Stephani | Tertio non. Au. | |
| f 4 | próth. Terculini martyris | Pridie nonas Au. | |
| g 5 | os. Osualdi regis & Do. Nonis Augusti | | |
| A 6 | Sixr. Sixti pape et marty. | Octauo idus Au. | |
| b 7 | Aff. Apbr. et martyr | Septimo idus Au. | |
| c 8 | Cy. | Cyriaci et socio eius Sexto idus Aug. | |
| d 9 | ro. | Romani militis | Quimo idus Aug. |
| e 10 | sd. dñi. | Laurencij martyris | Quarto idus Au. |
| f 11 | Ti. | Tiburtij et Susanne | Tertio idus Aug. |
| g 12 | bur. | Clare virginis | Pridie idus Aug. |
| A 13 | Hip. | Hippolytus & so. eius | Idibus Augusti |
| b 14 | Eu. | Eusebij confessoris | 19 cal. Septemb. |
| c 15 | Sumpt. | Assumpt. Marie | 18. cal. Septemb. |
| d 16 | ti. | Rochi confess. | 17. cal. Septemb. |



- e 17 o. Verene imperatricis 16. cal. Septemb.
 f 18 A. Agapiti martyris 15. calend. Septo.
 g 19 g. Sebaldi & Ludouici 14. calend. Septem.
 A 20 pi. Bernhardi abbatis 13. calend. Sept.
 b 21 Thib. Anastasij martyris 12. calend. Sept.
 c 22 thi. Timothei et Simpho. 11. calend. Sept.
 d 23 mo. Zachei episcopi Decimo cal. Sept.
 e 24 Bar. Bartholomei apostolo. Nono cal. Sept.
 f 25 tho. Ludouici regis Octauo cal. Sept.
 g 26 lo. Seuerini martyris Septima cal. Sept.
 A 27 Ruf. Ruffi & Gebhardi Sexto cal. Sept.
 b 28 Aug. Augustini episcopi Quimo cal. Sept.
 c 29 col. Decol. Io. bap. Adel. Quartos cal. Sept.
 d 30 iun. Felicis & Adaucti Tertio cal. Sept.
 e 31 ctii. Paulini episcopi Pridie Calen. Sep.

Pe Steph Steph preth os Sixt Aff Cy ro Lau Tibur
 Hip Eu. Sump tie A ga pi Thibmo Bartbo lo
 Ruf An col au ctii.

KL. SEPTEMBER habet dies XXX.
 Luna uero habet XXIX.

- f 1 E. Egidij ab. Verene u. Calendis Septemb.
 g 2 gi. Emerici ducis Quarto non. Sep.
 A 3 di. Mansueti episcopi Tertio non. Sept.
 h 4 iun. Serapię virginis Pridie nonu Sep.

- c 5 sep. Marcelli martyris Nonis Septembrib^s
 d 6 ba. Victorini martyris Octauo idus Sept.
 e 7 bet. Regine uirginis Septimo idus Septem.
 f 8 Nat. Natiuitatis B. Marie Sexto idus Septem.
 g 9 gor. Gorgonij martyris Quimo idus Sept.
 A 10 gon. Sostonis & Victoris Quarto idus Sept.
 b 11 pro. Prothi & Hiacinti Tertio idus Sep.
 c 12 thi. Siri & Eueneij Pridie idus Septem.
 d 13 ci. Materni episcopi Idibus Septembrib^s
 e 14 crux. Exaltatio S. crucis 18. Calend. Octo.
 f 15 Nic. Nicomedis mart. 17. calen. Octobrib^s
 g 16 Eu. Euphemiæ uir. 18. calen. Octobrib^s
 A 17 Iam. Lamperti episcopi 15. calend. Octobrib^s
 b 18 per. Richardis impatricis 14. calen. Octobrib^s
 c 19 ti. Ianuarij episcopi 13. calen. Octobrib^s
 d 20 q. Faustæ uirginis 13. calend. Octobrib^s
 e 21 Mat. Mathæi apost. et Euæ. 11. calend. Octobrib^s
 f 22 Mau. Mauritiij et soci. eius Decimo cal. Octob.
 g 23 ri. Zosij diaconi Nonocal. Octobr.
 A 24 ci. Ruperti episcopi Octauo cale. Octo.
 b 25 us. Cleopædis discipulido. Septimo cal. Octo.
 c 26 &. Cypriane et Iustine Sexto cal. Octobrib^s
 d 27 da. Cosme & Damiani Quinto cal. Octob.
 e 28 Vuč, Vučeslai regis Bob. Quarto cal. Octob.
 f 29 Mich. Michaelis archageli Tertio cal. Octob.
 g 30 Hic. Hieronymi et ottonis Pridie cal. Octob.

* * - 3 -

Egidij nūm sephabebet Nat gorgon prothibici crux Nic
Eu lam per uq. Mat Maurici us et da Vuc Mich
Hier.

KL. OCTOBER habet dies XXXI.
Luna uero habet XXX.

A	2 Re.	Remigij episcopi	Calendis Octobris
b	3 mi.	Leodegarij episcopi	Sexto No. Octob.
c	3 qz.	Ludouici episcopi	Quinto No. Oct.
d	4 Fran.	Francisci confessoris	Quarto no. Octo.
e	5 cis.	Placidi & Eutbitij	Tertio no. Octob.
f	6 cis.	Fids uirginis	Pridie non. Octo.
g	7 Mar.	Sergij & Bachij	Nonis Octobris
A	8 cis.	Pelagie peccatricis	Octauo idus Octo.
b	9 di.	Dionysij & socii eius	Septimo idus Oct.
c	10 ger.	Geronis & socii eius	Sexto idus Octo.
d	11 ar.	Vedasti & Eustachij	Quinto idus Octo.
e	12 ii.	Maximiliani marty.	Quarto idus Octo.
f	13 qz.	Burchardi et Colonij	Tertio idus Octo.
g	14 Ca.	Calixti pape	Pridie idus Octo.
A	15 lixt.	Aurelia uirginis	Idibus Octobris
b	16 Gal.	Galli abba. Sigismun	17 Calen. Noue
c	17 le.	Lucine Romane	16 calen. Nouem.
d	18 Lu.	Lucce evangliste	15 cal. Nouemb.
e	19 cas.	Ptolomei & Lucij	14. cal. Nouemb.
f	20 uil.	Maximi et Vuendeli.	13. cal. Nouemb.

g 21	un.	Vndeclim milii virgi.	22 cal.	Nouemb.
A 22	sc.	Seueri episcopi.	23 cal.	Nouemb.
b 23	sc.	Seuerini episcopi	Decimo cal.	No.
c 24	ra.	Radegundis regine	Nono cal.	Nouē.
d 25	Cris.	Crispini & Crispinia.	Octauocal.	No.
e 26	pi.	Amandi, Pelagie mir.	Sepeimo cal.	No.
f 27	ni.	Sabine, Crescentia	Sexto cal.	Nouē.
g 28	Si.	Simonis & Iude ap.	Quinimocal.	Nou.
A 29	mo.	Narcisci episcopi	Quarto cal.	No.
b 30	nis.	Marcelli militis	Tertio cal.	Nou.
c 31	Quin.	Quimini & Wulffg. Pridie cal.	Nonē.	

Remigij Franciscus Marcus d'iger ar ti q; Calixt
Galle Lucas uilun se se re Cri spi ni Si monis Quinti

KL. NOVEMBER habet dies XXX. Lunauerò habet XXIX.

g 1	Om.	Omnium sanctorū Calendis Nonem.
c 2	ne.	Omnium animarū Quarto non. No.
f 3	No.	Theophilii et Vitalis Tertio non. No.
g 4	uem.	Amantij episcopi. Pridie nonam No.
A 5	ber.	Malachie episcopi Nonis Nouemb.
b 6	Le.	Leonardi cōfessoris Octauo Idus Ne.
c 7	o.	Florētij episcopi Ar. Septimo idus Na.
d 8	qua.	Quatuor coronatorū Secundo Idum Novē.

e	9.	te.	Theodori martyris	Quinto Idus No.
f	10.	o.	Martini pape	Quarto idus No.
g	11.	Mar.	Martini episcopi	Tertio idus Nou.
A	12.	tin.	Benedicte virginis	Pridie Idus Nou.
b	13.	Bric.	Bricci. Sol in Sagitta.	Idibus Nouembr.
c	14.	ci.	Serapidis martyris	18. Cal. Decembris
d	15.	i.	Serapie virginis	17. cal. Decembris
e	16.	qz.	Otmari & Emundi	16. cal. Decembris
f	17.	Post.	Amandi episcopi	15. cal. Decembris
g	18.	bcc.	Eftij militis & mar.	14. cal. Decembris
A	19.	E.	Elisabeth Landgra.	13. cal. Decembris
b	20.	li.	Pentiani pape	12. cal. Decembris
c	21.	za.	Præsentatio Marie	11. cal. Decembris
d	22.	ce.	Cecilie virginis	Decimo cal. Decē.
e	23.	Cle.	Clementis pape	Nono cal. Decem.
f	24.	Cryf.	Chrysogoni martyris	Octauo cal. Decē.
g	25.	Ca.	Catbarine virginis	Septimo cal Decē.
A	26.	tba.	Conradi episcopi	Sexto cal. Decēbr;
b	27.	ri.	Agitcole & Vitalis	Quinto cal. Decē.
c	28.	na.	Pipini & mansueti	Quarto cal. Decē.
d	29.	Sat.	Saturnini et Chrysan.	Tertio cal. Decem.
e	30.	An.	Andree apostoli	Pridie cal. Decem.

Omne November Le quoque o Martin. Bricci i qz,
Post bcc Eli za ce Cle Cryf. Catharina Sat An.

KL. DECEMBER habet dies **XXXI.**
Luna uero habet **XXX.**

f	1	De.	Eligij episcopi	Calendis Decemb.
g	2	cem.	Iuiniæ virginis	Quarto no. Decē.
A	3	ber.	Atble virginis	Tertio non. Decē.
b	4	Bar.	Barbaræ uir. et mar.	Pridie nonas Dec.
c	5	ba.	Crispinæ virginis	Nonis Decembrib.
d	6	Nic.	Nicolai episcopi	Octauo Idus Dec.
e	7	col.	Agathonis martyris	Septimo Idus De.
f	8	Con.	Cœptio Marie uir	Sexto idus Decē.
g	9	cep.	Ioachim	Quinto idus Dec.
A	10	er.	Abundi diaconi	Quarto idus Dec.
b	11	al.	Damasi pape	Tertio idus Decē.
c	12	ma.	Epimachi er Alex.	Pridie idus Decē.
d	13	Lu.	Luciae uir. er mar.	Idibus Decembrib.
e	14	ci.	Solstitium byemale	19. Calen. Ianua.
f	15	a.	Valeriani episcopi	18. calend. Ianua.
g	16	San.	Anania, Azaria Mis.	17. calend. Ianua.
A	17	ctus.	Adelbaydis Imperat.	16. calend. Ianua.
b	18	ab.	Bunibaldi abbatis	15. calend. Ianua.
c	19	in.	Nemesij martyris	14. calend. Ianua.
d	20	de.	Amonis et Zenonis	13. calend. Ianua.
e	21	Tho.	Thome apostoli	12. calend. Ianua.
f	22	mat.	Chronik martyris	11. calend. Ianug.
g	23	Mos.	Dagoberti regis	Decimo cal Ianua.

- a. 24 do. Grego. episcop. Nono cal. Ianuarij
 b. 25 Nat. Natiuitas domini Octauo cal. Ianua.
 c. 26 Steph. Stephani pthomar. Septimo cal. Ianu:
 d. 27 Ios. Ioannis Euāgeliste Sextocal. Ianuarij
 e. 28 Pn. Puerorū innocenū Quinio cal. Ianua.
 f. 29 tho. Thome Cantuarie. Quartocal. Ianu:
 g. 30 ma. Dauid regis Tertio cal. Ianua:
 A. 31 Syl. Sylvestri pape Pridie cal. Ianua.

December Barba Niccol Concep. & alma Lucia
 Sanctus ab inde Tho mas mo do Nat Steph lo Po the
 me Syl.

Subiecta tabella Interuallum indicat et concurren-
 tes, annum bissextilem, literam dominicalē, aureum
 numerum cum Indictione, Cyclumq; solarem
 Durabit usq; in annum C.R.H.R.I=

STI 1579.

Cyclus Solarii	Indicio	anno
Aureus numerus		
Littera Dominicale		
Bissextus		
Concurrentes		
Interuallum		
Anno Christi		

1556	7	4	e	13	14	25
1557	9	2	c	19	15	26
1558	8	1	b	1	1	27
1559	6	0	a	2	2	28
1560	8	6	f	3	3	1
1561	7	4	c	4	4	2
1562	6	3	d	3	3	3
1563	8	2	c	0	6	4
1564	7	3	b	7	7	5
1565	6	6	g	8	8	6
1566	8	5	f	9	9	7
1567	6	4	e	10	10	8
1568	9	3	d	11	11	9
1569	8	2	b	12	12	10
1570	6	0	a	13	13	11
1571	8	6	g	14	14	12
1572	7	1	f	15	15	13
1573	5	3	d	16	8	14
1574	8	3	c	17	9	15
1575	7	1	b	18	3	16
1576	10	0	g	19	4	17
1577	7	5	f	20	5	18
1578	6	4	c	21	6	19
1579	9	1	d	22	7	20



OPTAVI, & datus est mihi sensus: & INVOCAVI, & uenit in me spiritus sapientie, & praeposui illam regni & sedibus, & dinitias nihil esse dulci in comparatione illius. Sapientia. VII Le

PRECAN-

DI FORMVLA E ET
cantica, quorum salutaris usus esse queat
siue priuatim orantibus, siue in com-
muni cœtu concinentibus,
præsertim ante ac post
studiorum tracta-
tionem.

PRECES MANE surgentis.



ER signum sanctæ ✕
Crucis de inimicis nos-
tris libera nos Domi-
ne Deus noster. In
nomine ✕ Patris, &
Filiij ✕ & Spiritus ✕
sancti, Amen. Abrenuntio Satanae, &
adiungor tibi C H R I S T E. Saluator
A mundi

PRECANDI FORMVLAE

mundis salua nos, qui per Crucē & Sa-
guinē tuū redemisti mundū. Kyrie elei-
son, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater
noster &c. Ave Maria, gratia plena &c.
Credo in unum Deum &c. Oratio

Domine Deus omnipotens, qui ad
principium hūus diei nos peruenire fe-
cisti, tua nos hodie salua virtute: ut in hac
die ad nullum declinemus peccatum: sed
semper ad tuam iusticiā faciendam no-
stra procedant eloquia, dirigantur cogi-
tationes & opera: Per Dominū nostrū
Iesum Christū filiū tuū, qui uixit &
regnat in unitate spiritus sancti deus, per
omnia secula seculorū, Amen. Benedic-
camus Domino. Rx. Deo gratias. Fide,
liū animæ per misericordiā Dei requie-
scāt in pace, Amen. Preciosa in cōspe-
ctu Domini Mors sanctorū eius. Sancta
Maria, & oēs Sancti intercedant pro nos
bis ad Dominū, ut nos mereamur, ab eo
adiuuari et saluari, qui uixit et regnat in
secula seculorū, Amē. Dies & actus no-
strōs in sua pace disponat Dominus omni-
potens, Amen.

P R E.

ET CANTICA SELECTA.
P R E C A T I O N E S
Matutinæ.

DOMINE LABIA
mea aperies, O os meum annun-
tiabit laudem tuam.

Deus in adiutorium meū intende:
Domine ad adiuuādū me festina.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto:
Sicut erat in principio, & nūc, et semper,
& in secula seculorū, Amen. Halleluia.
Hymnus Iām lucis orto sydere, Deū
precemur supplices, ut in diurnis acti-
bus nos seruet à nocentibus. Lingua m
refrenans temperet, ne litis horror info-
net: Visum fouendo contegat, ne uani-
tates hauriat. Sint pura cordis intima,
abfistat & uecordia: Carnis terat super-
biā potus cibicq; parcitas: Vt cūm dies
abscesserit, noctemq; sors reduxerit, mā-
di per abstinentiam, ipsi canamus glori-
am. Deo Patri sit gloria, eiusq; soli Filio,
A ij cum

PRECANDI FORMVLAE
cum Spiritu paracleto , & nunc , & im
perpetuum ; Amen.

A L I V D C A N T I .
cum matutino tempori congruum.

TE Deum laudamus, te Dominum
confitemur &c.

Benedictus Dominus Deus Israel,
quia uisitauit, & quæ sequuntur.

Nam utrumque canticum infra positum offendes.

PRECES A L I Q V I D
auspicantis, & præsertim ad in-
gressum scholæ.

Veni sancte Spiritus, replete uorum
corda fidelium , & tui amoris in
eis igniem accende, qui per diuersitatem
linguarum cunctarum gentes in unitate
fidei cōgregasti, Halleluia. Vers. Emito
te spiritum tuum, & creabuntur. R^e. Et
renouabis faciem terræ, Halleluia.

ORATIO. ACTIONES NOSTRAS QUAESUMUS
Domine

Domine aspirando preueni, et adiuuando
prosequere: ut cuncta nostra oratio, et opes
ratio a te semper incipiat, et per te coeptra
finiatur, Qui uiuis & regnas Deus per
omnia secula seculorum, Amen, Aliud.
Veni Creator Spiritus, mentes tuorum
uiuisca: imple superna gratia, quae tu crea-
sti pectora. Qui paracletus diceris, Do-
num Dei altissimi, fons uiuus, ignis, cha-
ritas, & spiritualis unctio. Tu septiformis
munere, Dextræ Dei tu digitus: tu ritè
promisso patris sermone ditans guttura:
Accende lumen sensibus, infunde amor
rem cordibus: infirma nostri corporis
uirtute firmans perpetim. Hostem repel-
las longius, pacemque dones protinus:
ductore sic te præuio, uitemus omne nos-
trum. Per te sciamus da Patrem, nosca-
mus atque Filium, te utriuscque Spiritum
credamus omni tempore. Gloria patri
Domino, natuque qui a mortuis surrexit,
ac Paracleto, in seculorum secula, Amé.
Oratio Deus qui corda fidelium sancti
Spiritus illustratione docuisti, da nobis

A 3 in eo.

PRECANDI FORMVLAE

In eodem spiritu recte sapere, & de eius
semper consolatione gaudere, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

IN FINE LECTONIS vel studiorum, Canticum.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Domine Deus noster. Vers. Fiat pax in uirtute tua. Re. Et abundantia in turribus tuis. Oratio. Deus a quo sancta desideria recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illa quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & (hostium sublata formidine) tempora sint tua protectione tranquilla, Per Christum Dominum nostrum.

ALIVD CANTI. cum pro peccatis.

Media uita in morte sumus, quem querimus adiutorem nisi te Domine?

ET CANTICA SELECTA. 4

maine : qui pro peccatis nostris sustinebras,
screris : Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte
& misericors saluator amare morte-
ne tradas nos. Vers. Peccauimus cum
patribus nostris: Rx. Injuste egimus, ini-
quitatem fecimus. Oratio. Deus qui
sperantibus in te misereris potius elegis
quam irasci, da nobis quæsumus, dignè
desfere mala quæ fecimus : ut consola-
tionis tuæ gratiam inuenire, & ad gloriæ
æternæ beatitudinis peruenire valea-
mus; Per Christum Dominum nostrum.

A D M E N S A M
consecrandam.

O Cul omnium in te sperant Domini-
ne, & tu das illis escam in tempore
opportuno. Aperis tu manum tuam, & im-
ples omne animal benedictione. Gloria
Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Sicut
erat in principio. &c. Kyrie eleison,
Christe eleison, Kyrie eleison. Pater no-
ster. Et ne nos &c. Oratio. Benedic

A 4. Domi-

PRECAN-DI FORMVLAE

Domine nos, & ea quæ de tua largitate
sumus sumpruri, per Christum Dominum
nostrum. Mensæ cœlestis participes fa-
ciat nos Rex æternæ gloriae, Amen.

POST CIBVM SVM.

ptum gratiarum actio.

Gratias agimus tibi Domine Deus
pro uniuersis beneficijs tuis, Qui
uiuimus & regnas Deus per omnia secula
seculorum, Amen. Gloria Patri, & Filio,
& Spiritui sancto, Sicut erat &c. Kyrie
eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleison.
Pater noster. Et ne nos inducas.

Oremus. Retribuere dignare Domine
omnibus nobis bona facientibus, propter
nomen tuum uitam æternam, Amen.

Fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace, Amen. Deus
det nobis suam pacem, & post mortem
uitam sempiternam,

DOMVM EXEVN-

tis, uel iter ingredientis.

Vias



ET CANTICA SELECTA

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis iniustitia. Perfice gressus meos in semitatis tuis, ut non moueantur uestigia mea. Vers. Respice in seruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. Et sit splendor domini Dei nostri super nos: & opera manuum nostrarum dirige. Oratio. Protector omnium in te speratum Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam, ut te rectore, te duce sigtransemus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna, Per Christum Dominum nostrum. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Deus. + Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

A S S V B

PRECANDI FORMVLAE
S V B P V L S V M A.
iutino aut uestertino. qui B. Virgini
salutandæ, et Dominicæ Incarnatio-
ni commemorandæ à maioribus
est institutus, ita dices.

Spíritus sanctus in te descendet Ma-
ria, ne timeas, habebis in utero filium
Dei, Halleluja. Vers. Ave Maria
gratia plena, Dominus tecum: benedicta
tu in mulieribus, & benedictus fructus
uentris tui I E S V S C H R I S T V S.
Sancta Maria mater Dei ora pro nobis
peccatoribus, nunc, & in hora mortis no-
stræ, Amen. Oratio. Gratiam tuam,
quaesumus Domine, misericordiis nostris in-
funde: ut qui Angelo nuntiante, Christi
filii tui incarnationem cognouimus,
per passionem eius & crucem ad resur-
rectionis gloriam perducamur, Per eun-
dem Christum Dominum nostrum, Rx.
Amen. Vers. Diuinum auxilium mas-
teat semper nobiscum.

Preces

ET CANTICA SELECTA.
PRECES DOR.

mituri.

Confiteor Deo omnipotenti, beato^{rum} Maria^m semper uirginī, beato Mi-
chaeli Archangelo, beato Ioanni Baptis-
tae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, &
omnibus sanctis, quia peccauī nimirū co-
gitatione, uerbo et opere, mea culpa, mea
culpa, mea maxima culpa. Ideo precor
beatā Mariam semper uirginē, beatum
Michaēlem Archangeli, beatū Ioannē
Baptistam, sanctos Apostolos Petru, &
Paulum, et omnes sanctos, orare pro me
Dominum Deum nostrum. **R.** Mis-
teatur nostri omnipotens Deus: & di-
missis peccatis nostris, perducat nos in
uitam æternā, Indulgentiā, absolutionē,
& remissionem omnium peccatorū nos
strorum tribuat nobis omnipotens, & mi-
sericors Dominus Amen. **A.** Salua
nos Domine uigilantes, custodi nos dor-
mientes: ut uigilemus cū Christo, & re-
quiescamus in pace. **Kyrie eleison, Chris-**
te eleison:

PRECANDI FORMVLAE.

eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c;
Aue Maria. Credo in Deum, &c. Oratio.
Visita quæsumus Domine habitatio-
nem istam, & omnes infidias inimici ab
ea longè repelle: Angeli tui sancti habi-
tent in ea, qui nos in pace custodiant: &
benedictio tua sit super nos semper; Per
Dominum nostrum Iesum Christum fi-
lium tuum. &c. Benedicamus Domi-
no, &c. Fidelium animæ per misericor-
diām Dei requiescant in pace, Amen.

CANTICA SVB FI- nem diei, uel ante somnum.

Christe qui lux es & dies, noctis te-
nebras detegis, lucisq; lumen cre-
deris, Lumen beatum prædicans. Pre-
camur sancte Domine, defende nos in
hac nocte: sit nobis in te requies, quie-
tam noctem tribue. Ne grauis somnus
irruat, nec hostis nos surripiat, nec caro
illi consentiens, nos tibi reos statuat.
Oculi somnum capiant; cor ad te sem-
per

ET CANTICA SELECTA.

,

per uigilet, dextera tua protegat famulos, qui te diligunt. Defensor noster aspice, insidiantes reprime, gubernat tuos famulos, quos Sanguine mercatus es. Memento nostri Domine, in graui isto corpore: Qui es defensor animae, adesto nobis Domine. Deo Patri sit gloria, eiusque soli Filio, cum Spiritu paracletu, & nunc, & imperpetuum, Amen.

CANTICUM Simeonis.

Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod paraesti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israël. Gloria Patri, & Filio &c. Saluantes Domine, &c. ut supra.

CANTICUM AD Deiparam Virginem.

Salutē

PRECAN DI FORMULAS

SAlve Regina misericordie: uita, dulc
cedo, & spes nostra, salue. Ad te cla-
mamus exules filij Euæ : Ad te suspira-
mus gementes, & flentes in hac lachry-
marū ualle. Eia ergo aduocata nostra, i-
los tuos misericordes oculos ad nos cō-
uerte. Et Iesum benedictū fructum uen-
tris tui nobis post hoc exiliū ostende. O
clemens, O pia, O dulcis uirgo Maria.

A L I V D , P A S C H A .
li tempori quadrans.

Regina cœli letare, Halleluia. Quia
quem meruisti portare, Halleluia,
Resurrexit sicut dixit, Halleluia, Ora pro
nobis Deum, Halleluia. Vers. Ora
pro nobis sancta Dei Genitrix. Rz. Ve
digni efficiamur promissionib' Christi.
Oratio. Concede nos famulos tuos
(quæsumus Domine Deus) perpetua
mentis & corporis sanitatem gaudere : &
gloriosa beatæ Mariæ semper uirginis
intercessione, à præsenti liberari tristitia,
& æterna

ET CANTICA SELECTA.

& æterna perfrui læticia , Per Christum
Dominum nostrum, Amen.

APPENDIX DE MO-

do conscientiæ sæpius, præscriptum
sub noctem, examinandæ.

QUi conscientiam sibi saluam , &
Christo æquissimo iudici cōpro-
batam esse uelit (uelle autem quām ma-
ximè debent omnes æternæ salutis cupie-
di) is Apostolicam sententiam secum
perpendat : Si nos ipsos dñudicaremus
inquit, non utiqz iudicaremur à Domi-
no . Ut uero seipsum quis probè dñudi-
cet, conscientiæ examinandæ modus &
cognoscendus, & obseruandus est , qui
breuiter quinqz complectitur.

I. Ut pro beneficijs acceptis Deo gra-
tia reddantur.

II. Ut pro cognitione & correctione
peccatorum Diuina gratia imploretur.

III. Ut in memoriā reuocentur sine
galatias

PRĒCANDI FORMVLÆ

gulatim peccata, quibus, toto dñe Domini
num Deum, nos ipsos, & proximos no-
strós offendérimus, nímírum cogitatiō-
ne, uerbo & opere.

III. Vt à Deo uenia de admissis flagi-
gitetur.

V. Ut emendatio uitæ, gratia Dei ius-
uante, in animo proponatur. His demū
precatio subiiciatur dominica, uel Psal-
mus ille, Miserere mei D E V S, &c.
Quem infrà comperies, una cum alijs sa-
nis ac selectis precandi formulis, quibus
per diem quisq; tam utiliter quam pie se-
lē ad sue faciat.

TOBIAE III.

OMNIBVS DIEBV S VITAE TVAE
in mente habeto D E V M: & caue, ne aliquando
peccato consentias, & prætermittas precep' a D E S
no'tri. Omni tempore benedic D E V M, &
pete ab eo, ut vias tuas dirigat: &
omnia consilia tua in ipso
permaneant.

D E

DE ADVENTU,
*alijsq; statis Ferijs, & officijs
Ecclesiasticis.*

Quod Apostolus monet, *Omnia honeste & secundum ordinem fiant in uobis*, id Ecclesia sancta Diuino Spiritu, quem a Christo accepit sponsso, illustrata præstat, tam egregie distributis totius anni spatijs per certas ferias & officia, quæ dicuntur tum Diuina, tum Ecclesiastica. Quæ sancta quidem & Apostolica institutio nihil mirum, si multis ians seculis obtineat, & constanter apud Catholicos omnes retineatur. Nam huiusmodi tum institutio, tum obseruatio præterq; quod iucundam adfert uarietatem ad leuandum pijs tedium in hac graui peregrinatione, multum quoq; conducit tum ad recolenda, tum ad confirmanda in populo Dei Christianæ fidei & Redemptionis nostræ sacrosancta mysteria. In his autem principem tenet locum Aduenimus Domini salvatoris, caput illud & precipuum medium ac remedium humanæ salutis restituende. Quem Aduenimus antiqui Patres, uti ueram mundi lucem post longas tenebras, tamoperè desiderarum: quem & omnes deum in Christum credentes, omnibus seculis perinde ac suauissimum eterni patris osculum excipere, summaq; semper pietate & reverentia prosequi cō-

B sueca

*DE ADVENTU DOMINI.

sueuerunt. Tempus autem quod Domini natiuitatis memoriam amecedit, ideo Aduenus nuncupatur (ut recte monet Rupertus Tuitiensis) quia totus eius Ecclesiasticus ordo iuxta contemplationem Aduenus Domini dispositus est. Et addit author idem: Aduenire recte Dominus dicitur, qui ubique est invisibili presentia maiestatis, dum assumpto eo quod uisibile est nostrum, uisibus carnis uisibilem se ostendit. Id quod partim factum est, cum Filius Dei ex Virginis tam humilis quam benignus uenit in mundum ministrare, querere et saluare quod perierat: partim futurum est, cum ad extremum iudicium idem uti equissimus iudex ueniet, unicuique secundum opera sua redditurus. Iam ex utroque aduentu, uidelicet in carnem et ad iudicium (ut uocant) sequentes Dominice dies pulchram ducunt originem ac firmam tenent institutionem: sicut nos etiam porro in sacris earum lectionibus indicari sumus.

Dominica

Dominica prima ADVENTVS Domini.

S V M M A R I V M , Epistola sequens indicat, quo modo sit hoc tempore nobis, id est, Catholice Ecclesie filii, uiuendum: piis nimirum unquam aliis, ac dignè tanto Rege, cuius diem natalem sanctissimam paulo post celebraturi sumus. Euāgeliū uero describit aduentum Christi, docens benignum, humilem ac etiam salutarem esse ihs, qui ceu ueri Israēlitæ, confitentur suum Messiam, illumq; gratis & obsequentia bus animis excipiunt, ac sequuntur.

Epistola ad Roman. XIII.



RATRES, Scien-
tes quia hora est iam
nos de somno surgere.
Nunc enim propior est
nostra salus, quam cū
credidimus. Nox præ-
cessit, dies autem ap-
propinquauit: Abijciamus ergo opera
B 3 tene-

EPISTOLAE ET EVANGELIA
tenebrarum, & induamur arma lucis. Si-
cūt in die, honeste ambulemus : non in
comessationibus & ebrietatibus , non
in cubilibus & impudicitijs, non in con-
tentione, & æmulatione : sed induimini
Dominum I E S V M Christum.

Euangelium Matth. XXI.

IN illo tempore , Cūm appropinquaſ-
set Iesuſ Hierosolymis , & uenireſet
Bethphage ad montē Oliueti , tunc miſ-
ſit duos diſcipulos , dicens eis : Ite in ca-
ſtellum quod contra uos eſt, et statim in-
uenietis asinam alligatā, & pullum cum
ea : ſoluite , & adducite mihi. Et ſi quis
uobis aliquid dixerit, dicate, quia Domi-
nus hiſ opus habet : & confeſtim dimi-
tet eos. Hoc autem factum eſt, ut adim-
pleretur quod dictum eſt per Prophe-
tam, dicentem : Dicite filiæ Sion. EC-
CE Rex tuus uenit tibi mansuetus , fe-
dens super asinam & pullum filium
ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, feces-
runt ſicut præcepit illis Iesuſ : et addu-
xerunt

IN ADVENTV DOMINI.

ixerunt asinam & pullum; & imposuerunt super eos uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in via: aliij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: BENEDICTVS qui uenit in nomine Domini,

Oratio Ecclesiæ.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam & ueni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari: Qui uiuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Hymnus temporis respondens.

Vox clara ecce intonat, obscura quæque inscrepat: Pellantur eminus somnia, ab æthere Christus promicat. Mens iam resurgat torpida, quæ sorde extat saucia: Sidus refulget iam nosterum, ut tollat omne noxiun. Elursum agnus mittitur, laxare gratis debitum: omnes pro indulgentia uocem demus cum lachrymis: Secundò ut cū fulserit, mundumq; horror cinxerit,

B . s non

EPISTOLAE ET EVANGELIA
non pro reatu puniat, sed plus nos tunc protegat:
Laus honor, uirtus, gloria Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paracletu, in seculorum secula, Amē.

Dominica secunda Aduentus.

S V M M A R I V M . Epistola meminit prioris
Aduentus Christi, quod utilis fuerit non Iudeis modo,
sed etiā gentibus ad bene beatęq; uiuendū: ex ostendit
Deū simul ex ueritatem Iudeis, ex misericordē gena-
tibus per Christi Aduentum extitisse. Sed Euangeliū
loquitur de posteriore Aduentu , eiusq; signa proximē
anecdencia demonstrat: ut sciamus, quā sit terribilis
expectatio illius Aduentus. quantaq; severitas extremi
iudicij, si quod prioris absit Aduentus presentē gra-
tiam repudiauerimus.

Epistola ad Roman. XV.

F Ratres , Q V A E C V N Q V B
Scripta sunt , ad nostram doctrinam
scripta sunt: ut per patientiā & consola-
tionē scripturarū, spem habeamus. Deus
autem patientiæ & solatiū det uobis idī-
plum sapere in alterutrum secundum Ie-
sum Christum, ut unanimes, uno ore hos-
norificetis Deum & patrem Domini
nostrī Iesu Christi. Propter quod susci-
pite

pite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter ueritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes aut super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo, cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes, cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes Dominum, et magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaías ait: Erit radix Iesæ, & qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe, uirtute Spiritus sancti.

Euangelium Luc. XXXI.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus, præ timore &

B 4 exper

EPISTOLAE ET EVANGELIA
expectatione, quæ superuenient uniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis uenientem in nube cū potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita uesta, quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem: Vides te fculneam & omnes arbores: quum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & uos cùm uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. Amen dico uobis, quia nō præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt.

Oratio Ecclesiæ.

Excita Domine corda nostra ad præparandas Vnigeniti tui vias: ut per eius aduentum purificatis tibi mētibus seruire mereamur. Qui cecum uisuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Canticum Ecclesiæ.

Ecce

IN ADVENTV DOMINI. 23

Ecce Dominus ueniet, & omnes sancti eius
cū eo: & erit in die illa lux magna, Halleluia.
VER S. Ecce apparebit Dominus super nus-
bem candidam: Et cum eo sanctorum millia.

ORATIO.

Conscientias nostras, quæsumus Domine,
uisitando purifica, ut ueniens Iesus Christus sis
lius tuus. Dominus noster, cū omnibus sanctis,
paratā sibi in nobis inueniat mansionem. Qui
tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti
Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Dominica tertia Aduentus.

S V M M A R I V M. Hac Epistola monemur pos-
terioris Aduentus, in quo recta cœsura res actionesq;
humanae censende sunt, ac propterea nihil referre
os̄t̄edit Apostolus, quomodo mūdus nos iudicet, si no-
bis bene conscijs officium nostrū probē curauerimus.
Ad priorem uero adueniū spectat Euangeliū, pro-
ponens nobis Ioannem Baptistam ueluti probatiſ-
mū testem, ex huius aduentus certissimum præconē.
Qui discipulis suis, ac perinde Iudeis omnibus de
Meſſie Aduentu adhuc dubitabundis, ita pulchre
consulit, ut aduentum illius ex operibus ipſis, ni cœci
ſint, certò deprehendant. Simul ex Ioannis exemplis
nos monet, nō ſolum uera fidei, ſed etiā probata via
te ſplendore cōſpicuos eſſe oportere, ſi nobis utrumq;
Domini aduentum contingere ſalutarē exoptemus.

B 3 Epistola

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Epistola I. Corinth. IIII.

Fratres, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscientius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Itaq. N O L I T E ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.

Euangelium Matth. XI.

In illo tempore, Cùm audisset Ioānes in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui ueniturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes, renuntiate Ioanni quæ audistis & uidistis: Cæciūtū

ci uident, claudi ambulant, leprosi mun-
dantur, surdi audiunt, mortui resurgunt,
pauperes Euangelizantur: & beatus est,
qui non fuerit scandalizatus in me. Illis
autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad
turbas de Ioanne: Quid existis in deser-
tum uidere? Arundinem uento agita-
tam? Sed quid existis uidere? Hominem
mollibus uestitum? Ecce qui mollibus
uestiuntur, in domibus Regū sunt. Sed
quid existis uidere? Prophetam? Etiam
dico uobis, et plusquam Prophetam. Hic
est enim de quo scriptum est: Ecce ego
mitto Angelum meum ante faciem tuā,
qui præparabit uiam tuam antete.

Oratio Ecclesiæ.

Aurem tuam quæsumus Domine precibus
nostris accommoda, & mentis nostræ tenebras
gratia tuæ uisitationis illustra; Qui uiuis & re-
gnas Deus, per omnia seculorum Amen.

**Cantica septem, ad natalem usq; Christi
quotidie repetitu dignissima.**

I. O S

EPISTOLAE ET EVANGELIA

I. O Sapientia, quæ ex ore altissimi prodigiisti, attingens à fine usq; ad finem fortiter, suaviter disponens omnia, ueni ad docendum nos viam prudentiæ.

II. O Adonai, & dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, & ei in Syna legem dedisti, ueni ad redimendum nos in brachio extento.

III. O Radix Iesse, qui stas in signum populi orum, super quem cōtinebunt R̄ges os suum: quem gentes deprecabuntur, ueni ad liberandum nos, iam noli tardare.

III I. O Clavis Dauid, & sceptrum domus Israeli, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit, ueni & educ vincitū de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis.

V. O Oriens splendor lucis æternæ, & sol iustitiae, ueni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis.

VI. O Rex gentium, & desideratus earum, lapisq; angularis, qui facia utraq; unum, ueni, salua hominem, quem de limo formasti.

VII. O Emanuel Rex & legifer noster, expectatio gentiū, & saluator earum, ueni ad salvandum nos Domine Deus noster.

Dominica quarta Aduentus.

S V M M A R I V M. Requirit Epistola latitudinem spiritualem, animū curis uacuum, modestiam, precandī fiduciam & sedulitatem singularē. Sic enim Dominicum

IN ADVENTV DOMINI 15

minicū. Aduenū electi excipere & ornare debet.
In Euangelio testimonium Ioannis describitur, qui
roganib[us] Iudeis, palam & certò non modò sive
officium profitetur, sed etiam Christo, eiusq[ue] adueniū
fidem & autoritatem in genem conciliat.

Epistola ad Philippien. IIII.

Fratres, Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus minus propè est. Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione et obsecratione cù gratia, rū actione petitiones uestræ innotescant apud Deū. Et pax Dei quę exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo Iesu.

Euangelium Ioann. I.

IN illo tempore, Miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes et Leuitas ad Ioannē, ut interrogarent illum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo es tu? Et dixit: Non sum. Prophe-

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Propheta es tu? Et respondit: Non. Disserunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto. DIRIGITE viā Domini, si- cut dixit Isaías Propheta. Et qui missi fuerāt, erant ex Pharisæis. Et interroga- uerūt eū, & dixerunt ei: Quid ergo Ba- ptizas, si tu nō es Christus, neq; Helias, neq; Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego Baptizo in aqua: medius aut uestrum stetit, quē uos nescitis: ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, CIVIS ego non sum dignus ut soluā eius corrigiā calceamenti eius. Hæc in Bethabara facta sunt trans Ior- danem, ubi erat Ioannes Baptizans.

Oratio Ecclesiæ.

Excita Domine potentiam tuam & ueni, & magna nobis uirtute succurre: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediuñt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret: Qui uiuis & regnas Deus, Per omnia secula seculo- rum, Amen.

Hymnus

Hymnus B. Ambrosij.

Veni redemptor gentium, ostende partum
 Virginis : miretur omne seculum, talis deces
 partus Deum. Non ex uirili semine, sed mystic
 o spiramine Verbum Dei factum est caro,
 fructusq; uentris floruit. Aluus cumescit Vir
 ginis, claustrum pudoris permanet, uexilla uirg
 turum micant, uersatur in templo Deus. Proces
 dens de thalamo suo pectoris aula regia, gemis
 næ gigas substantiæ, alacris ut currat uiam.
 Egressus eius à Patre, regressus eius ad Patrem,
 excursus usq; ad inferos, recursus ad sedē Del.
 Aequalis æterno patri, carnis trophæo
 attingere, infirma nostri corporis uir
 tute firmant perpeti. Ideo Patri
 sit gloria, eiusq; soli Filio, cū
 Spiritu paracleto, et nūc,
 & in perpetuum.
 Amen.

EPISTOLAE ET EVANGEL.



Ad primam

*Ad primam Missam, quæ nocte scu
in galli caneu celebratur de
Christi nativitate.*

Quæ nocte Christus est natus, ut oriens nos uiferet ex alto, et uerum mundi lumen intenebris exortetur, eadem nocte due Missæ celebranur, in memoriam scilicet ac honorem singularem geminæ Christi nativitatis, diuine & humanae, eternæ & temporarie. Est et spiritualis Christi nativitas, que quotidie in credentium membris renouatur: hinc accedit maior seu summa Missa post plenum solis exortum, ut agnoscatur & celebretur manifestè magnitudo hoc pietatis Sacramentū, quod manifestum est in carne, & mundo apparuit. Quod summum beneficium tum Propheticis, tū Apostolicis literis commendatū, ut immensam erga nos Dei Charitatem declarat: sic etiam id requirit ab omnibus, ut hinc Deo gratias ac bonam uolumatatem reddant, piè ac deuotè semper illi seruiant, sibi uero sobrie & iuste proximo uiuant: Sic fiet, ut ueram eternamq; pacem, natio iam pacis aut bore, consequantur.

Lectio Esiae Prophetæ Cap. IX.

HAEC dicit Dominus, Populus genitum qui ambulabat in tenebris,
Cuidic

EPISTOLAE ET EVANGELIA

uidit lucem magnam : habitantibus in
regione umbræ mortis , lux orta est eis
P A R V V L V S enim **N A T V S**
est nobis, & Filius datus est nobis: & fa-
ctus est principatus super humerū eius:
& uocabitur nomen eius admirabilis,
consiliarius, Deus, fortis , pater futuri se-
culi, princeps pacis. Multiplicabitur eius
imperium, & pacis non erit finis. Super
solium David, & super regnum eius se-
debit : ut confirmet illud , & corroboret
in iudicio & iustitia amodò & usq; in
sempiternum.

Epistola Pauli ad Titum II.

CHarissime, Apparuit gratia Dei sal-
uatoris nostri omnibus hominibus,
erudiens nos **V T A B N E G A N-**
T E S impietatem, & secularia desideria,
sobrietè, & iustè, & piè uiuamus in hoc se-
culo : expectantes beatam spem & ad-
uentum gloriæ magni Dei, & saluatoris
nostri **I E S V** Christi. Qui dedit semet
ipsum pro nobis , ut nos redimeret ab
omni

omni iniuitate, & mundaret sibi popu-
lum acceptabilem SECTATOREM
bonorum operum. Hæc loquere & exhor-
tare, in Christo IESV Domino nostro.

Euangelium Lucæ II.

IN illo tempore, Exiit dictum à Cæ-
sare Augusto, ut describeretur univer-
sus orbis. Hæc descriptio prima facta
est à Præside Syriæ Cyrino. Et ibant
omnes ut profiterentur, singuli in suam
ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à
Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudea-
am in ciuitatem Dauid, quæ uocatur
Bethlehem, eò quod esset de domo & fa-
milia Dauid, ut profiteretur cum Mariæ
desponsata sibi uxore, prægnante. Factū
est autem cùm essent ibi, impleti sunt
dies ut pareret. Et P E P E R I T filium
suum primogenitum, & pannis eum in-
uoluit, & reclinavit eum in præsepio,
quia non erat ei locus in diuersorio. Et
pastores erant in regione eadem, uigi-
lantes & custodientes uigilias noctis sus-

C 2 per

• EPISTOLAE ET EVANGELI.

per gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsis illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere, ECCE enim Euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie salvator, qui est Christus Dominus, in civitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiae coelestis, laudantium Deum, & dicentium: GLORIA in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Oratio Ecclesiae.

Deus qui hanc sacratissimam noctem ueriluminis fecisti illustratione clarescere, da quæsumus, ut cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoque gaudijs in celo perfruamur; Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Cantica Piorum.

Grates nunc omnes reddamus Domino Deo,
qui sua nativitate nos liberauit de Diabolica
potestate

potestate. Huic oportet ut canamus cum Angelis semper, Gloria in excelsis.

Eia recolamus laudibus pijs digna huius dñi carmina, in qua nobis lux oritur gratissima. Noctis inter nebulosa, pereunt nostri criminis umbracula. Hodie seculo maris stella est enixa nouæ salutis gaudia. Quem tremunt barathra, mors cruenta pauet, ipsa à quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiqua, coluber liuidusperdit spolia. Homo lapsus, quis abducra res vocatur ad æterna gaudia. Gaudent in hac die agmina Angelorū coelestia. Quia erat drachma decima perditæ, & est inuenta. O culpa nimirū beata, qua redempta est natura: Deus qui creas uit omnia, nascitur ex foemina. Mirabilis natura mirificè induita, assumens quod non erat, manens quod erat. Induitur natura diuinitas humana: quis audiuít talia dic, rogo, factas. Quærere uenerat pastor pius quod perierat. Induit galeam, certat ut miles armatura. Prostratus in sua propria ruit hostis spicula, auferuntur tela in quibus fidebat, diuisa sunt illius spolia, capta præda sua: Christi pugna fortissima sa- lus nostra est uera. Qui nos suam ad patriam duxit post uictoram, in qua sibi laus est æter- na, Amen.

*Ad secundam Missam, quæ
celebratur in aurora.*

S C SVMMAe

EPISTOLAE ET EVANGELIA

S V M M A R I V M . Epistola rursus nobis commendat Dei gratiam, quæ circa hanc Christi nativitatem sacrosanctam laudari et redamari nunquam satis à quoquam potest, præsertim si nos ipsos, qui bus tantum bonum gratis contigit, rectè intueamur, quid nempè sine illo simus , et quid iam in Christo renati esse possimus. Admonent autem in Euangeliō pastores , quām non sit nobis otjandum aut sterēendum oblatæ semel gratia Dei, quam et requirunt illi sedulò, et grati recognoscunt, et leti predicant diuulgantq;. Tales paruulos Christus paruulus amat, quibus reuelat primū mysteriū regni sui.

Epistola ad Titum III.

Charissime, Apparuit benignitas & Chumanitas saluatoris nostri Dei, non ex operebus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per Iauacru regeneratio- nis & renouationis Spiritus sancti : quē effudit in nos abundē per I E S V M Christum saluatorem nostrum ; ut iustifi- ficiati gratia ipsius hæredes simus secun- dum spem uitæ æternæ, in Christo I E S V Domino nostro.

Euangelium

Euangelium Lucæ II.

IN illo tempore, Pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus usq; Bethlehem & uideamus hoc uerbum quod factum est quod fecit Dominus & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenierunt Mariam & Ioseph: & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de uerbo quod dictum erat illis de puerò hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. M ARIA autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt Pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & uiderant: sicut dictum est ad illos.

Oratio Ecclesiæ.

Da nobis quæsumus omnipotens Deus, ut qui noua incarnati Verbi tui luce perfundis sur, hoc in nostro respondeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum.

C 4 Canti,

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Canticum celebre.

Verè dignum & iustum est, æquum & salus
tare, nos tibi semper & ubique gratias agere Deo
minē sancte, Pater omnipotens, æterne Deus:
quia per incarnati Verbi mysterium noua mē-
tis nostræ oculis lux tuæ claritatis infusit: ut
dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hunc
in inuisibilium amorem rapiamur.

A liud.

Mirabile mysterium declaratur hodie, inno-
uancur naturæ: DE VS homo factus est: id
quod fuit permanit, & quod non erat adsum-
pli, non commixtionē passus, necq; diuisionē.

A d summam Missam.

S V M M A R I V M. Epistola, quemadmodum
et Euangeliū hoc sequens, cœlestis illius aquila,
de magnitudine filij Dei admirabiliter et sublimi-
ter differit: hunc scilicet quem natum hodie paruu-
lum, et in præsepio positum nobis tamoperè glo-
riamur, eundem esse et Prophetis, et Angelis om-
nibus superiorem: qui uel nutu suo sustentat, regit
et administrat, quecunq; sunt et sicut, aut aliquan-
do facta sunt et sicut: nec filium adoptionis existere,
sed naturalem, coeterum, coequalē filium Patris.
ad eoq;

ad eoq; unum cum Patre Deum esse ac regnare in sempiternum. Quo magis nos deuincit sibi tantus Dominus tanta dignatione, quādo ex inaniuit sancta ipsū formam serui accipiens. O quæ gratia, qualis humilitas, quanta Charitas ista, VERBVM CARO factum est. Aduerte homo quia limus es, & non sis superbus: quia Deo iunctus es, & non sis ingratus.

Epistola ad Hebreos I.

Fratres, Multifariam multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Et rursum, Ego ero illi in Pa-

C S trem;

EPISTOLAE ET EVANGELIA

erem: & ipse erit mihi in Filium: Et cū
sterum introducit primogenitum in or-
bem terræ, dicit, Et adorent eum omnes
Angeli Dei. Et ad Angelos quidem di-
cit. Qui facit Angelos suos spiritus: &
ministros suos flāmam ignis. Ad Filium
aut, Thronus tuus Deus in seculū seculis:
uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti
iustitiā, & odisti iniuriam: proptereā
unxit te Deus, Deus tuus oleo exultatio-
nis præ participibus tuis. Et, Tu in prin-
cipio Domine terram fundasti: & opera
manuum tuarū sunt coeli. Ipsi peribunt,
tu autē permanebis: & omnes ut uesti-
mentū veterascent. Et uelut amictū mu-
tabis eos & mutabuntur; tu autem idem
ipse es, & anni tui non deficent.

Initium Euangeliij secundum Ioannem.

IN principio erat uerbum, & uerbum
erat apud Deum, & Deus erat uerbum.
Hoc erat in principio apud Deum: Om-
nia per

dia per ipsum facta sunt; & sine ipso fas-
 sum est nihil quod factum est. In ipso
 uita erat, & uita erat lux hominum: &
 lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non
 compræhenderunt. Fuit homo missus a
 Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic uenit
 in testimonium ut testimonium perhi-
 beret de lumine, ut omnes crederent per
 illum. Non erat ille lux: sed ut testimo-
 nium perhiberet de lumine. Erat lux ue-
 ra quæ illuminat omnem hominem ue-
 nientem in hunc mundum. In mundo
 erat, & mundus per ipsum factus est, &
 mundus eum non cognouit. In propria
 uenit: & sui eum non receperunt. Quos
 quot autem receperunt eum, dedit eis
 potestatem filios Dei fieri, his qui cre-
 dunt in nomine eius. Qui non ex sangu-
 nibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex
 uoluntate uiri, sed ex Deo natu sunt. Et
V E R B U M C A R O factum est:
 et habitauit in nobis (Et uidimus gloriam
 eius quasi unigeniti a patre) plenū gratiae
 & ueritatis.

Oratio

EPISTOLAE ET EVANGELIA
Oratio Ecclesiæ.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut
nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas
libereret, quos sub peccati iugo uictuſta seruitus
ceneret. Per eundem Dominum nostrum IESU
SVM CHRISTVM filium tuum.

Canticum.

Halleluia. Dies sanctificatus illuxit nobis:
uenite gentes, & adorate Dominum, quia hodie
descendit lux magna super terram. Halleluia.
Aliud: Hodie Christus natus est: hodie saluator
apparuit: hodie in terra canunt Angeli, lætans
tur Archangeli: hodie exultant iusti, dicentes,
Gloria in excelsis Deo, Halleluia, Halleluia.

*Hymnus Sedulij de Christi
natiuitate.*

A solis ortus cardine adusque terræ limitem
Christum canamus principem, natum Maria
uirgine. Beatus author seculi seruile corpus in-
duit: ut carne carnē liberans, ne perderet quos
condidic. Casta parentis uiscera coelestis intrat
gratia: Venter puellæ baiulat secreta, quæ non
nouerat. Domus pudici pectoris, templum
repente

repente fit Dei : intacta nefsiens utrum , uerbo concepit filium . Enixa est puerpera , quem Gabriel prædixerat , quem matris alua gestiens , clausus Ioannes senserat . Foeno iacere pertulit , præsepe non abhorruit , paruog̃ lacte pastus est , per quem nec ales esurit . Gaudet chorus celestium , & Angeli canunt Deo : palamq; sic pastoribus Pastor , creator omnium . Gloria tibi Domine , qui natus es de Virgine , cum Patre & sancto spiritu in sempiterna secula , Amen .

*Sacro die S. Stephani pro-
tomartyris.*

S V M M A R I V M . Ex Epistola que pars est historie nobis à Luca descripta , constat , quam præclarè uixerit , quam sancte pugnarit , quam fortiter occubuerit , quam sincere amarit etiam inimicos hic & Ecclesiæ Archidiaconus , & Martyr Christi . Eius autem Martyrij causam Euangelium prodit , iniunctionem scilicet Iudeorum peruicaciam atq; crudelitatem in eos , qui ut Stephanus , diuinitus ad corrigendū genem illā miseri sunt quos tyrannice prorsus execipiens miserè etiam trucidauit . Quæ Iudeorum sauitia , & ingratitudo nos monet , ut eam detestemur nisi cum illis quoq; perditum iri uelimus . Nec minus portatur iniuncta Martyris patientia , ut si cum illa coronar

EPISTOLAE ET EVANGELIA
coronari optemus in cœlis, eam nunc ipsam fide et
fortitudine pleni imitemur.

Epistola in actis Cap. 6. & 7.

IN diebus illis, Stephanus plenus gra-
tia & fortitudine, faciebat prodigia &
signa magna in populo. Surrexerunt
autem quidā de Synagoga, quæ appell-
latur Libertinorum, & Cyrenensium, &
Alexandrinorum, & eorum qui erant à
Cilicia & Asia, disputantes cum Stepha-
no. Et non poterant resistere sapientiæ
& spiritui qui loquebatur. Audientes
autem hæc, dissecabantur cordibus suis,
& stridebant dentibus in eum. Cùm aus-
tem esset Stephanus plenus spiritu san-
cto, intendens in cœlum, uidit gloriam
Dei, & I E S V M stantem à dextris
Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos,
& filium hominis stantem à dextris uir-
tutis Dei. Exclamantes autem uoce
magna, continuerunt aures suas, & im-
petum fecerunt unanimiter in eum. Et
cūcientes

eiçientes eum extra ciuitatem , lapida-
bant. Et testes deposuerunt uestimenta
sua secus pedes adolescentis, qui uocabla-
tur Saulus. Et lapidabant Stephanum,
inuocantem & dicentem : Domine Ie-
su, suscipe spiritum meum. Positis autem
genibus, clamauit uoce magna, dicens:
D O M I N E, ne statuas illis hoc pec-
catum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit
in Domino.

Euangelium Matth. XXII.

IN illo tempore , Dicebat I E S V S
Turbis Iudaorum & principib⁹ Sacerdotum : Ecce ego mitto ad uos Pro-
phetas & sapientes & scribas : & ex illis
occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagel-
labitis in Synagogis uestris, & perseques-
minide ciuitate in ciuitatem , ut ueniat
super uos omnis sanguis iustus qui effu-
sus est super terram , à sanguine Abel
iusti , usq; ad sanguinem Zachariæ filij
Barachiaæ , quem occidistis inter tem-
plum

EPISTOLAE ET EVANGELIA

plum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. HIERVS ALEM, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, non me uidebitis amodò, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine Domini.

Oratio Ecclesiæ.

Danobis, quæsumus, Domine imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere, quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Canticum.

Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Et: Ne statuas illis hoc peccatum.

Sacredic Ioannis Euangelistæ.

Sum,

S U M M A R I U M . Generatim quidem difficit lectio Epistolaris quæ sancto uiro præcipua dona benignitatem Spiritus contingant sed eadē Ioanni sane diffissimo , cui hic dics sacer est , tribui rectissime possumus , presentim si quis totā uitā illius repeatat historiam : in qua cōperiet eū Euangelistā , Apōstolū Prophetamq; nouit testimoniū extitisse . Ex Euāngelio perspicitur quā Christo dilectus fuerit cum appelletur discipulus quem diligebat Iesus , qui inq; familiaris , cum superapectus eius recumbens ibi proditorem agnouerit .

Ecclesiastici XV.

Qui timet Deum , faciet bona : & qui continens est iusticæ , apprehendet illam : & obuiabit illi quasi master honorificata , & quasi mulier à uirginitate suscipiet illum . Cibabit illum pane uitæ & intellectus , & aqua sapientiæ salutaris potabit illum : et firmabitur in illo , & non flectetur : & continebit illum , & non confundetur : & exaltabit illum apud proximos suos , & in medio Ecclesiæ aperiet os eius , & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus , & stola gloriæ uestiet illum . Iucunditatem & exultas

EPISTOLAE ET EVANGELIA
ultationem thesaurizabit super illum, &
nomine æterno hæreditabit illum Do-
minus Deus noster.

Euangelium Ioannis. XXI.

IN illo tempore, dixit Iesus Petro : Se-
quere me. Conuersus Petrus, uidit il-
lum discipulum, quem diligebat Iesus, se-
quentem, qui & recubuit in coena super
pectus eius, & dixit : Domine, quis est
qui tradet te ? Hunc ergo cum uidisset
Petrus, dicit Iesu : Domine, hic autem
quid ? Dicit ei Iesus : Si eum uolo mane-
re donec ueniā, quid ad te ? Tu me ses-
quere. Exiuit ergo sermo iste inter fra-
tres, quia discipulus ille non moritur. Et
non dixit ei Iesus, Non moritur : sed, Si
eū uolo manere donec ueniā, quid ad te ?
Hic est discipulus ille, qui testimonium
perhibet de his, & scripsit hæc : & scimus
quia uerum est testimonium eius.

Oratio Ecclesie.

Ecclesie

Ecclesiam tuam Domine benignus illustra
ut beatus Ioannis Apostoli cui & Evangelistae illa
luminata doctrinis, ad dona petuerias semper
terna, Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Canticum.

Iste est Ioannes, qui supra pectus Domini in
coena recubuit: beatus Apostolus, cui reuelata
sunt secreta coelestia.

Sacro die sanctorum Innocentium.

S V M M A R I V M. Q uonodo Herodes immas-
nis infanticida felo huic ansam dederit. C hristus in
A Egyptum fugiente, satis Euangelium declarat. Ade-
ditur ex Apocalypsi lecho, quæ Martyrum horum
licet puellarum, & uirtutem in terris, & gloriam in
cœlis singularem nobis commendat.

Epistola Apocal. XIII.

IN diebus illis, Vidi supra montem Si-
lon agnum stantem, et cum eo centum
quadraginta quatuor milia, habentes
nomen eius & nomen patris eius scriptum
in frontibus suis. Et audiuimus vocem de
coelo, tanquam uocem aquarum multas
rum, & tanquam uocem tonitruis magni.

D 2 Et uox

EPISTOLÆ ET EVANGELIA

Et uocem quam audiui, sicut citharoëdos
xū citharizantiū in citharis suis. Et can-
tabant quasi canticum nouum ante sedē
& ante quatuor animalia, & seniores. Et
nemo poterat discere canticum, nisi illa
centū quadraginta quatuor millia, qui
empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mu-
lieribus non sunt coinqinati: uirgines
enim sunt. Hi sequuntur agnum quo-
cunq; ferit. Hi empti sunt ex hominibus,
primitiæ Deo & agno. Et in ore eorum
non est inuentum mendacium. Sine ma-
culâ enim sunt ante thronum Dei.

Evangeliū Matth. II.

IN illo tempore, Angelus Domini ap-
paruit in somnis Ioseph, dicens: Sur-
ge, & accipe puerum & matrem eius, &
fuge in AEgyptum: & esto ibi, usque-
dum dicam tibi. Futurum est enim, ut
Herodes querat puerum ad perdendum
eum. Qui consurgens, accepit puerum
& matrem eius nocte, & secessit in AE-
gyptum. Et erat ibi usque ad obitum
Hero-

Herodis : ut ad impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicētem: Ex Aegypto uocauī filium meum. Tūc Herodes uidens quoniam illusus esset à Magis, iratus est ualde: & mittens, occidit omnes pueros qui erāt in Bethlehem, & in omnibus finibus eius , à bimatu & infrà , secundūm tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam; dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus : Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt,

Oratio Ecclesiæ.

Deus cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo , sed moriendo cōfessi sunt, omnia in nobis uictoriū mala mortifica, ut fidē tuam quā lingua nostra loquitur, etiam moribus uita faceatur; Per Dominū nostrū Iesum Christum filium tuum,

Canticum.

Innocentes pro Christo infantes occisi sunt;
D . ab iniquo

S E P I S T O L A E E T E V A N G E L I A

ab iniquo rege lactentes imperfecti sunt : ipsorum
sequuntur agnum sine macula , & dicunt semper,
Gloria tibi Dominus.

Dominica I. post Natiuitatem Domini.

S V M M A R I V M . Dominica incarnationis
ac natiuitatis fructum uides in Epistola : quia non
modo liberamur ab onere legis & scruturie peccati,
sed etiam ueri filij Dei certiq; heredes Christi con-
scribimur. Curremus tam, ut Euangelium addit,
exemplo pueri Iesu crescere, & spiritu confortari,
eageriq; uirtutibus , & operibus bonis, que Anna
caja, & religiosa uida, dumiciunat , & orat nos
bis commendat . Curremus & desiderare aduenium
Christi sicut Simeon, ut mereamur desiderio hoc no-
stro aliquando potiri & alijs ipsum annuntiare
privatum & publicè .

Epistola ad Galat. IIII.

F Ratres, Quanto tempore haeres par-
uulus est, nihil differt à seruo, cùm sit
Dominus omnium, sed sub tutoribus &
actioribus est usq; ad præfinitum tempus
à patre

ab patre. Ita & nos cum essemus parvuli;
sub elementis mundi eramus seruientes.
At ubi uenit plenitudo temporis , misit
Deus filium suum factū ex muliere, fa-
ctum sub lege, ut eos qui sub lege erant,
redimeret : ut ad optionem filiorum Del-
reciperemus. Quoniam autem estis filij
Dei, misit Deus Spiritum filij sui in cora
da uestra clamantem, Abba pater. Itaq;
sam non est seruus , sed filius, & haeres
per Deum.

Evangeliū Luc. II.

IN illo tempore , Erant Ioseph & Ma-
ria mater I E S V mirantes super his,
quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis
Simeon , & dixit ad Mariam matrem ei-
us : E C C E positus est hic in ruinam
& in resurrectionem multorum in Isra-
el , & in signum cui contradicetur. Et
tuam ipsius animam pertransibit gla-
dius, ut reueletur ex multis cordibus co-
gitationes . Et erat Anna Prophetissa

D 4 filia

EPISTOLAE ET EVANGELIA
filia Phanuel , de tribu Aser: hæc pro-
cesserat in diebus multis, & uixerat cum
uiro suo annis septem à uirginitate sua:
& hæc uidua usq; ad annos octoginta
quatuor, quæ non discedebat de templo,
ieiunij & obsecrationibus seruiens no-
ste ac die. Et hæc ipsa hora superueni-
ens, confitebatur Domino , & loqueba-
tur de illo omnibus qui expectabant res-
demptionē Israel. Et ut perfecerunt om-
nia secundum legem Domini , reuersi
sunt in Galilæam in ciuitatem suā Na-
zareth. Puer autem crescebat , & con-
fortabatur , plenus sapientia : & gratia
Dei erat in illo;

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus
noscros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti
filij cui mereamur bonis operibus abundare,
Per eundem Dominum nostrum Iesum Chris-
tum filium tuum.

Canticum.

Magnus

Magnum hæreditatis mysterium : templum
Dei factus est uterus nesciens virum : non est
pollutus ex ea carnem assumens. Omnes gens
eos uenient, dicentes, Gloria tibi Domine.

*De Feste Circumcisionis
Dominii.*

S U M M A R I U M, Cum breuiter Euangeliū
agat de Christi Circuncitione, Paulus in Epistola
ostendit post aduentum Christi iam illa exclusa, Ba-
ptismum successisse, per quem omnes Christiani unū
sunt, siue Iudei siue Gentiles, siue serui, siue libe-
ri, siue Masculi, siue Foemine.

Ad Galatas. III.

F Ratres, Priusquam ueniret fides, sub
lege custodiebamur, conclusi in eam
fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pa-
dagogus noster fuit in Christo, ut ex fi-
de iustificemur. At ubi uenit fides, iam
nō sumus sub paedagogo. Omnes enim
filij DEI estis per fidem, quæ est in
Christo IESV. Quicunq; enim in Chris-
to Baptiz.

EPISTOLAE ET EVANGELIA
Isto Baptizati estis, Christum induistis.
Non est Iudæus neq; Græcus, non est
seruus neq; liber, non est masculus, neq;
fœmina: omnes enim uos unum estis in
Christo I E S V. Si autem uos Christi,
ergo semen Abrahæ estis, secundū pro-
missionem hæredes.

Euangelium Lucæ II.

Postquam consummati sunt dies o-
cto, ut circuncideretur puer, uocatū
est nomen eius I E S V S. Quod uoca-
tum est ab Angelo, priusquam in utero
concepseretur.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui salutis æternæ beatæ Mariæ uirginis
nitate secunda humano generi præmia præstis-
isti: tribue (quæsurous) ut ipsam pro nobis
intercedere sentiamus, per quam meruimus au-
thorem uitæ suscipere Dominum nostrum Iesu
Christum filium tuum, qui tecum uiuit &
regnat in unitate spiritus sancti Deus. Per om-
nia secula seculorum. Amen.

Suauiſ

*Suauiſſima Cantica de Na-
tali Chriſti.*

I. O admirabile commercium : Creator genitris humani animacum corpus sumens, de uirgine nasci dignatus est : & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

II. Quando natus est ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt scripturæ : sicut pluua in uellus descendisti, ut saluum faceres genus humaanum ; te laudamus Deus noster.

III. Rubrum quem uiderat Moyses in combuſtum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem Virginitatem Dei genitrix, intercede pro nobis,

III. Germinauit radix Iesse ; orta est stella ex Iacob ; Virgo peperit salvatorem : te laudamus Deus noster.

V. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Ioannes uidens exclamabat dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hail Iesuia.

*Sancto die Epiphanie
Dominii.*

SUMMARIUM. Verè Epiphanie, id est, apariatio seu manifestatio celebratur, quæ lo sol iusticie principibus gentium est uisus, non solum gloriam suam

EPISTOLAE ET EVANGELIA

suam haberet Israël, sed etiam lumen ad reuelationē
genium quæ sedebam in tenebris, appareret. Ita fo-
re uaticinatur Isaías sequenti lectione, atq; ita fa-
ctum quoq; esse testatur Matthæus, dum ostendit Ma-
tthæos quos Chrysost: Reges Persarum uocat primum
Hierusalem deinde Bethlehem ad Christum confite-
dum aduenisse: Quorum pulchrè Sedulius munera
describens ait. Aurea nasceni fuderunt munera
Regi. Thura dederū Deo, Myrrā tribuere sepulto.

Epistola Esa: LX.

SUrge, illuminare Hierusalem , quia
Suenit lumen tuum, & gloria Domini
super te orta est. Quia ecce tenebræ
operient terram , & caligo populos : su-
per te autem orietur Dominus, & gloria
eius in te videbitur. Et ambulabunt gens
tes in lumine tuo , & reges in splendore
ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos,
& vide: omnes isti congregati sunt, ue-
nerunt tibi . Filij tui de longe uenient,
& filiae tuæ de latere surgent : tunc ui-
debis & afflues, & mirabitur, & dilata-
bitur cor tuum , quando conuersa fuerit
ad te

ad te multitudo maris, fortitudo gentium
generit tibi. Inundatio camelorum ope-
riette, dromedarij Madiā & Ephā. Om-
nes de Saba uenient, aurū & thus defes-
rentes, & laudē Domino annunciantes.

Euangelium Matth. II.

CVm natus esset Iesus in Bethlehem
Iudæ, in diebus Herodis Regis, ec-
ce Magi ab Oriente uenerunt Hierosol-
yam, dicentes : Vbi est qui natus est
rex Iudæorum ? Vidimus enim stellam
eius in Oriente, & uenimus adorare eum.
Audiens autem Herodes Rex turbatus
est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et
congregans omnes Principes sacerdos-
tum et scribas populi, sciscitabatur ab eis,
ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt
ei : In Bethlehem Iudæ. Sic enim scri-
ptum est per prophetam : Et tu Bethle-
hem terra Iuda, nequaquam minima es
in principibus Iuda. Ex te enim exiet
Dux, qui regat populum meum Israel.
Tunc

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puer: & cum inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniens, adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt. Et eccè stella quam uiderant in Oriente, antecedebat eos, usquedum ueniens staret suprà ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum, iuenerunt puerum cum Maria matre eius: & PROCIDENTES adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Hærodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Oratio Ecclesie.

Deus qui hodierna die Vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propria, ut qui iam te ex fide cognovimus, usq; ad concors

contemplandam speciem tuę celitudinis perducamur, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Canticum.

Tribus miraculis ornatum dicem sanctum colimus. Hodie stella Magos duxit ad praesepium. Hodie uinum ex aqua factum est ad nuptias. Hodie à Ioanne in Iordanе Christus Baptizari uoluit, ut saluaret nos. Halleluja,

Hymnus Sedulij.

Hostis Herodes impie Christum uenire
quid times? Non eripit mortalia, qui regna
dat cœlestia. Ibant Magi, quam uiderant,
Stellam sequentes præuiam: Lumen requi-
runt lumine, Deum farentur munere. Laua-
cri pueri gurgitis cœlestis agnus attigit: peco-
cata quæ non detulit, nos abluendo sustulit.
Novum genps potentiaz, aquæ rubescens
hydriæ: uinumq; iussa fundere, mutauit
unda originem. Gloria tibi Domine
ne, qui apparuisti hodie, cum
Patre & sancto Spiritu,
in sempiterna secula,
Amen.

Dominica

EPISTOLAE ET EVANGEL.

Dominica II. post Na-
tiuitatem.

S V M M A R I V M. Quoniam nati saluatoris
recens & solennis adhuc est memoria , pulchre ad
spiritalem natuitatem nobis in Christo parandam
traducimur. Ostendit igitur Epistola,totam Chri-
stiani hominis uitam , tum corpore tum animo ta-
lem esse debere, ut nihil aliud sit, quim pura seruitus
Dei. Mores nouos , studia nova à Christianis ex-
piscit,boc est,ueram simplicitatem,modestiam,cha-
ritatem ex unionē Ecclesiasticam in Christo. Euana-
gelium similiter exemplo pueri Iesu nos docet san-
cte repuerascere : & est preterea uelut absolutum
exemplar pueritiae ad pietatem informande,sancteq;
ad Dei gloriam in timore, subiectione, & obedienc-
tia educande. Summa historie hec Christum adhuc
puerum tribus diebus amissum , & in templo inter
doctores Iudeorum repertum , prudenti responso
facti sui rationē reddidisse, ac parentibus obediuisse.

Epistola ad Roman. X. II.

F Ratres, Obsecro uos per misericors-
diam Dei,ut exhibeatis corpora ues-
tra

stra hostiam uiuentem , sanctam , Deo placentem , rationabile obsequium uestrum . Et nolite conformari huic seculo , sed reformamini in nouitate sensus uestri , ut probetis quae sit uoluntas Dei bona , & beneplacens , & perfecta . Dico enim per gratiam quae data est mihi , omnibus qui sunt inter uos , non plus sapere quam oportet sapere , sed sapere ad sobrietatem , & unicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei . Sicut enim in uno corpore multa membra habemus , omnia autem membra non eundem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo , singuli autem alter alterius membra , in C H R I S T O I E S V Domino nostro .

Euangelium Luce II.

C Vm factus esset Iesus annorum duodecim , ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi , consummatisque diebus cum resideret , remansit puer IESVS in Hierusalem ; &

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Iem: & non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos: & non inuenientes eum, regressi sunt in Hierusalē, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenierunt illū in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebāt, super prudenter & responsis eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quarebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quarebatiss? NESCIEBATIS quia in his quae Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & uenit Nazareth: & ERA T subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

Oratio

Oratio Ecclesiae.

Vota quæsumus, Domine supplicantibus populi cœlesti pietate prosequere: ut & quæ agens da sunt uideant, & ad implenda quæ uiderint conualescant, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Dominica III. post Nativitatem.

S V M M A R I V M. Ad alendam cōcordiam & unanimitatem, que precipuum & necessarium est in Ecclesia Dei donum, sequēs instruit Epistola. Vult, ut suam quisq; uocationem agnoscat & se qualiter, eandemq; omnium uirtutum, præsertim Charitatis, studio illustrare conetur. Euangelium describit prius Christi miraculum, de aqua scilicet in uinum conuersa, ut matrimonij Sacramentum contra futuras hæreses Martionis & Tatiani confirmaretur, & Dominicæ benignitatis exemplo pauperes coniuges solatium acciperent, demum & uerè Messie qui haec tenue latuerat, diuinitas propalaretur. Bene habet coniugium, ubi uocatus & beneficus adest I E S V S, fauetq; ac intercedit Maria: que & ipsa coniunx Ioseph, sed salua uirginitate: cuius etiam exemplū in Christo & utroq; Ioanne slocutus, ut cœlibatus coniugionem sit post habendus.

E 2 Epistola

EPISTOLAE ET EVANGELIA
Epiſtola ad Roman. XII.

Fratres, Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue Prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui trahit in simplicitate: qui præest in solitudine: qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malū, adhærentes bono Charitatē fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicē præuenientes, solitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruiētes, spe gaudētes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum cōmunicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequēntibus uos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus. Id ipsum inuicem sentientes, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Euanges

Euangelium Ioan. II.

IN illo tempore, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Iesus : Quid mihi & tibi est mulier : Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris : Q V O D, C V N Q V E dixerit uobis, facite. Erat autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis Iesus : Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad sumum. Et dicit eis Iesus : Haurite nunc, & ferte Architriclinio. Et tulerunt. Ut autem gustauit Architriclinus aquam uinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum Architriclinus, & dicit ei : Omnis homo primum bonum uinum ponit : & cum inebriati fuerint

E 3 rint

EPISTOLAE ET EVANGELIA
rint, tunc id quod deterius est. Tū autem
seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc
fecit initium signorum IESVS in Cana
Galilææ, & manifestauit gloriam suam:
& crediderunt in eum discipuli eius.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens sempiterne Deus, qui coelestia
simul & terrena moderaris, supplicationes po-
puli tui clementer exaudi, & pacem tuam nos-
stris concede temporibus: per Dominum no-
strum I E S V M Christum filium tuum.

Dominica IIII: Post Nativitatē.

S V M M A R I V M Christiana uocatio non fert
iactaniam, ostentationem, aliorumq; contemptum
Pharisaicum. Requirit autem magis modestiam,
mansuetudinem, patientiam, beneficentiam, ac
de omnibus, etiam inimicis nostris, benemerendi
studium indefessum. Hoc Epistola docet, Hoc et Chri-
stianitas in Euangelio, tum erga leprosum suppli-
cem, tum erga Centurionem, (in quo fides, humili-
tas, et prudenter mirabilis comperitur) non ob-
scure declarat. Breuiter, ad confirmandam nobis fidē
duo sunt hic Domini miracula, de curato leproso et
paralytico.

Epistola

Epistola ad Rom. XII.

Fratres, Nolite esse prudentes apud uosmetipos. Nulli malum pro maioreddentes, prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim : M I H I vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. N O L I uincā malo, sed uince in bono malum.

Evangeliū Matth. VIII.

IN illo tempore, Cūm descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ : & eccè leprosus ueniens, adorabat eum dicens: D O M I N E, si uis,
E 4 potes

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Iem: & non cognouerunt parentes eius.
Existimantes autem illum esse in comis-
tatu, uenerunt iter diei, & requirebant
eum inter cognatos & notos: & non in-
uenientes eū, regressi sunt in Hierusalē,
requirentes eum. Et factum est, post tri-
duum inuenierunt illū in templo seden-
tem in medio Doctorum, audientem il-
los, & interrogantem eos. Stupebant autē
omnes qui eum audiebāt, super pruden-
tia & responsis eius. Et uidentes admi-
rati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fi-
li, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus
& ego dolentes quarebamus te. Et ait
ad illos: Quid est quod me quarebatiss?
N E S C I E B A T I S quia in his quae
Patris mei sunt, oportet me esse: Et ipsi
non intellexerunt uerbum quod locutus
est ad eos. Et descendit cum eis, & uenit
Nazareth: & **E R A T** subditus illis.
Et mater eius conseruabat omnia uerba
hæc in corde suo. Et **I E S V S** profi-
ciebat sapientia, & ætate, & gratia apud
Deum & homines.

Oratio

Oratio Ecclesiae.

Vota quæsumus, Domine supplicantibus populi cœlesti pietate prosequere: ut & quæ agens da sunt uideant, & ad implenda quæ uiderint conualescant, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Dominica III. post Nativitatem.

S V M M A R I V M. Ad alendam cōcordiam & unanimitatē, que precipuum & necessarium est in Ecclesia Dei donum, sequēs instruit Epistola. Vult, ut suam quisq; uocationem agnoscat & se qualur, eademq; omnium uitium, præsertim Charitatis, studio illustrare conetur. Euangelium describit prius Christi miraculum, de aqua scilicet in uinum conuersa, ut matrimonij Sacramentum contra futuras hereses Maritionis & Tatiani confirmaretur, & Dominicæ benignitatis exemplo pauperes coniuges solatum acciperent, demum & uerè Messie qui haec tenuis latuerat, diuinitas propalaretur. Bene habet coniugium, ubi uocatus & beneficus adest I E S V S, fauetq; ac intercedit Maria: que & ipsa coniunx Ioseph, sed salua uirginitate: cuius etiam exemplis in Christo & utroq; Ioanne sibi elucet, ut cœlibatus coniugionem sit post habendus.

E 2 Epistola

EPISTOLAE ET EVANGELIA
Epiſtola ad Roman. XII.

Fratres, Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue Prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui trahit in simplicitate: qui præfest in sollicitudine: qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malū, adhærentes bono Charitatē fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicē præuenientes, sollicitudine non pigrī, spiritu feruentes, Domino seruiētes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum cōmunicantes, hospitalitatem ſectantes. Benedicte, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem ſentientes, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Euangel

Euangelium Ioan. II.

IN illo tempore, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Iesus : Quid mihi & tibi est mulier ? Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris : Q V O D, C V N Q V E dixerit uobis, facite. Erat autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis Iesus : Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus : Haurite nunc, & ferte Architriclinio. Et tulerunt. Ut autem gustauit Architriclinus aquam uinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum Architriclinus, & dicit ei : Omnis homo primum bonum uinū ponit : & cùm inebriati fuerint

EPISTOLAE ET EVANGELIA
runt, tunc id quod deterius est. Tu autem
seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc
fecit initium signorum IESVS in Cana
Galilææ, & manifestauit gloriam suam:
& crediderunt in eum discipuli eius.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne Deus, qui coelestia
simul & terrena moderaris, supplicationes po-
puli tui clementer exaudi, & pacem tuam no-
stris concede temporibus: per Dominum no-
strum I E S V M Christum filium tuum.

Dominica IIII: Post Nativitatē.

S U M M A R I U M. Christiana uocatio non fert
iactaniam, ostentationem, aliorumq; contemptum
Pharisaicum. Requirit autem magis modestiam,
mansuetudinem, patientiam, beneficem, ac
de omnibus, etiam inimicis nostris, benemerendū
studium indefessum. Hoc Epistola docet, Hoc et Chri-
sti bonitas in Euangelio, tum erga leprosum suppli-
cem, tum erga Centurionem. (in quo fides, humili-
tas, et prudenter mirabilis comperitur) non ob-
scure declarat. Breuiter, ad confirmandam nobis fidē
duo sunt hic Domini miracula, de curato leproso et
paralytico.

Epistola

Epistola ad Rom. XII.

Fratres, Nolite esse prudentes apud uosmetipos. Nulli malum pro maiore reddentes; prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipos defensiones charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: M I H I vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si fecit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. N O L I uincia malo, sed uince in bono malum.

Euangelium Matth. VIII.

IN illo tempore, Cum descendisset Iesus de monte, securæ sunt eum turbæ multæ: & eccè leprosus ueniens, adorabat eum dicens: D O M I N E, si uis,
E 4 potes

EPISTOLAE ET EVANGEL.

potes me mundare . Et extendens Iesum manum, tetigit eum, dicens: Volo, Mundare. Et confessim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus : Vide nemini dixeris: sed uade, ostende te Sacerdoti , & offer munus quod præcepit Moses , in testimonium illis. Cùm autem introisset Capernaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens : Domine, puer meus iacet in domo paralyticus , & male torquetur. Et ait illi Iesus : Ego ueniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait : D O M I N E , non sum dignus ut intres sub tecum meum : sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus . Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites ; & dico huic, uade : & uadit, & alio, ueni: & uenit, & seruo meo, fac hoc ; & facit. Audiens autem Iesus, miratus est : & sequentibus se dixit : Amen dico uobis, nō inueni tam fidem in Israël. Dico autem uobis, quod multi ab Oriente & Occidente uenient , & recumbent cum Abraham & Isaac

& Isaac & Jacob in regno cœlorum : filii autem regni, ejuscentur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit I E S V S Centurioni: Vade, & sicut credidisti , fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens semperne Deus infirmatorem nostram propitius respice : atq; ad protegendum nos dexteram tuæ maiestatis extende, per Dominum nostrum I E S V M Christum.

Dominica V. post Nativitatem.

S V M M A R I V M. Epistola nobis Charitatem multis modis commendat , quod hac legis onere nos liberet , & exercitium habeat proprium , deuitare malum & enixe operari bonum quod legem perficiat &c. Euangeliū uersatur in miraculosa navigatione Christi , quo dormiente turbamur & probamur in graui tempestate discipuli , docentq; nos rite uti periculis & temptationibus , nimirum ad nos ipsos agnoscendos , quam simus imbecilles , & ad Deum requirendum laudandumq; ut qui suis fidelis assistit , ac facit etiam cum temptatione prouenium: precipue

E 5 aerō

EPISTOLÆ ET EVANGELIA

uerò hic Typus ostendit prouidentiam et curam Domini erga nauiculam sue Ecclesie, quam et si ipse ad tempus fluctuare et grauiissimis tempestatibus agitari finit, tamen interim potenter inter undas gubernat et regit, facturus tandem in ipsa quod in nauicula illa, ut uidelicet a tempestatibus liberet et eripiatur.

Epistola ad Roman. XIII.

Fratres, Nemini quicquā debeatīs, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legē impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non cōcupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur: **D I L I G E S** proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi, malum nō operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio.

Euangelium Matth. VIII.

IN illo tempore, Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius

eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: DOMINE, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicae fidei? Tunc surgens, imperauit uetus & mari, & facta est transquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia uenit & mare obediunt ei;

Oratio Ecclesie.

Déus qui nos in tancis periculis constitutos pro humana scia fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis; ut ea quae pro peccatis nostris patimur, te adiuuans te vincamus, per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

*Dominica VI. post No-
tiuitatem.*

S V M M A

EPISTOLAE ET EVANGELIA

S V M M A R I V M . Christianorum est ut Epis-
tola præscribit, charitatis curā in primis habere, tum
erga D E V M , ad cuius gloriam spirituales exercita-
tiones & nostra omnia sedulò referenda, tum erga
proximum, de quo etiam immerente benemerēdum.
Euangelium in parabola uersatur de bono semine
critici, quod imimus in persis non in zizanijs cor-
rupit. Habet Ecclesia diuinū traditam sibi saluta-
rem doctrinam, sed hanc Sathan per suos usq; uitia-
re conatur, omnia pertenans, ut ne ad bonam fru-
gem perueniamus.

Epistola ad Colossem. III.

F Ratres, Induite uos sicut electi DEI
Sancti & dilecti, uiscera misericor-
diae, benignitatem, humilitatem, mode-
stiam patientiam, supportantes iuicem
& donantes uobis metipsis, si quis ad-
uersus aliquem habet querelam, sicut &
Dominus donauit uobis, ita & uos. Su-
per omnia autem hæc charitatem habe-
te, quod est uinculum perfectionis. Et
pax Christi exultet in cordibus uestris, in
quam & uocati estis in uno corpore, &
grati

gratia estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter in omni sapientia do-
centes & commonentes uosmetipos in
Psalmis & Hymnis & Canticis spiritua-
libus, in gratia cantantes in cordibus ue-
stris Domino. OMNE quodcunq;
facitis in uerbo aut in opere, omnia in
nomine Domini nostri IESV CHRI-
STI: gratias agentes Deo & Patri per
IESVM CHRISTVM Domini
num nostrum.

Euangelium Matth. XIII.

IN illo tempore dixit IESVS discipu-
lis suis parabolam hanc: Simile factū
est regnum cœlorum hominī qui semi-
nauit bonum semen in agro suo. Cūm
autem dormirent homines, uenit inimi-
cus eius, & super seminauit Zizania in
medio tritici, & abiit. Cum autem cre-
uisset herba, & fructum fecisset, tunc ap-
parauerunt & Zizania. Accedentes autē
serui Patris familias, dixerunt ei: Domi-
ne nonne

EPISTOLAE ET EVANGELIA

ne nonne bonum semen seminasti in
agro tuo? Vnde ergo habet Zizania?
Et ait illis. Inimicus homo hoc fe-
cit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus,
& colligimus ea? Et ait: Non. Ne for-
te colligentes Zizania, eradicetis simili-
cum eis & triticum. Sinite utraque cre-
scere usque ad messem, & in tempore
messis dicam messoribus: Colligitе pri-
mū Zizania, & alligate ea in fascicu-
los ad comburendum, triticum autem
congregate in horreum meum.

Oratio Ecclesiae.

Familiam tuam, quæsumus, Domine con-
tinua pietate custodi, ut quæ in sola spe gratiæ
coelestis innititur, tua semper protectione mu-
niatur, per Dominum nostrum I E S U M
Christum filium tuum.

DOMINICA IN Septuagesima.

S V M M A

S Y M M A R I V M . Septem Dominicas con-
tinuè sequentes, magnis ac mysticis officijs insignes,
septuagesimam nominamus, per quas et septem etas
mundi significamur, quarum in prima clamat bona
mo i Paradisi fœlicitate et a Creatoris sui facie pro-
iectus : Circundederunt me gemitus mortis. In septi-
ma, redeunti de peregrinatione hac , et de conuale-
lachrymarum, dicitur vox Prophetica : Lætare Hiero-
rusalem , et diem festum agite , qui diligitis eam.
Hec Rupertus Tuitiæ. Nihil ergo mirum, si tempore
ram sancto Apostolica illa tuba insonet , omnesq;
grauiter in Epistola cohortetur ad profigandam
segnitatem et studium pietatis addugendū. Hinc cura-
sores et luctatores et athletas, atq; adeò seipsum Pau-
lus profert ut et illos imitemur, et Apostolicis usq;
gys in castigada carne, et spiritu, omniq; cursu relia-
gionis promouendo insistamus , ut post cursum et
pugnam , brauium illud seu coronam iustitiae adipie-
scamur. Sic et Euangelium , ne cessemus in officio,
mittit nos in Ecclesie uineam laboratum, ac promis-
tit operarijs pro mercede denarium , a procuratore
scilicet, seu iudice C H R I S T O reddendum.

I. Corinth. IX. et X.

F Ratres , Nescitis quod hi qui in sta-
dio currunt, omnes quidem curritur,
sed

EPISTOLAE ET EVANGELIA.

sed unus accipit brauium? Sic currite, ut compræhendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiunt, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam pastores nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transferunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari: & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus.

Euangelium Matth. XX.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui

qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, uidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & uos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam uero exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Discunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis usq[ue] ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acciperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus

F , patrem

EPISTOLA ET EVANGEL.

patrem familias, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, nō facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod uolo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. M V L T I enim sunt vocati, pauci uero electi.

Oratio Ecclesiae.

Preces populi tut, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro cui nominis gloria misericorditer liberemur, per Dominum nostrum IESUM CHRISTUM filium tuum.

Dominica in Sexagesima.

SUMMARIUM. Ut Apostolus suam tueretur autoritatem, reprobendit Corinthios, ob pseu^{do}apostolos

ad apostolos, ab ipsis auditos & receptos, & coactus
in suas ipse laudes erumpit, seq; uel magnis confere;
Apostolis tunc in predicando Euangelio, tu in afflictionibus sufferridis. Sic hac Epistola proposita calcar nobis addit Ecclesia, quo libemius & ipsi seruimus erumnes. Et sicuti ratio temporis monet, studiora sunt in operibus pietatis ac paenitentie nos exerceamus. Eodem referemus Euangelium de semine, quod cum demum terre bone demandatum censetur, cum uerbum Domini & libenter audimus, & cum gudio suscipimus, & magna diligencia conservamus, et liberales amplosq; fructus per patientiam Christo, nobis, & proximo quotidie reportamus.

Epistola II. Corintb. XI. & XII.

Fratres, Libenter suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis uos in servitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet, (in insipientia dico) audeo & ego: Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego: Ministri Christi sunt, ut ministris sapiens

EPISTOLA ET EVANGEL

sapiens dico, plus ego : In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagiis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudeis quinques quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci : nocte & die in profundo maris fui: in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gêtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus . In labore & ærumpa, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieunijis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus pater Domini nostri I E S V Christi, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ Regis , custodiebat ciuitatem Damascos

Damascenorum, ut me compræhendet, & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet (non expedit quidem) ueniam autē ad uisiones & reuelationes Dōmini. Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi usq; ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum, & audiuīt arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi uoluero glorianti, non ero insipiens: ueritatem enim am. Parco autem, ne quis me existimaret id quod uidet in me, aut audit ex me. Et ne magnitudo reuelatur, cum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Domum rogaui, ut discederet à me, & dixi mihi

EPISTOLA ET EVANGEL.

michi : sufficit tibi gratia mea . Nam
VIRTVS in infirmitate perficitur . Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis ut inhabitet in me uirtus Christi .

Euangelium Lucæ VIII.

IN illo tempore , Cūm turba plurima
conueniret , & de ciuitatibus propera-
ret ad Iesum , dixit per similitudinem :
Exīt qui seminat seminare semen suum .
Et dum seminat , aliud cecidit secus uis-
am : & conculcatum est , & uolucres cœ-
si comedērunt illud . Et aliud cecidit su-
pra petram : & natum aruit , quia non
habebat humorem . Et aliud cecidit in
ter spinas : & simul exortæ spinæ suffo-
cauerunt illud . Et aliud cecidit in ter-
ram bonam : & ortum fecit fructum cen-
tu pluri . Hæc dicens clamabat : QVI
habet aures audiendi , audiat . Interrogā-
bant autem eum discipuli eius , quæ esset
hæc parabola : Quibus ipse dixit : Vobis
datum est nosse mysterium regni Dei ;
cæteris

extensis autem in parabolis; ut uidentes non uideant: & audiētes non intelli-
gānt. Est autem hæc parabola: Semen,
est uerbum Dei. Qui autem secus viam,
hi sunt qui audiuunt: deinde uenit diabo-
lus, & tollit uerbum de corde eorum, ne
credentes salui fiant. Nam qui supra per-
tram, qui cūm audierint, cum gaudio su-
scipiunt uerbum: & hi radices non ha-
bent, quia ad tempus credunt, & in tem-
pore tentationis recedunt. Quod autem
in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt,
& a sollicitudinibus & diuitijs & uolu-
ptatibus uitæ euntes suffocantur, & non
referunt fructum. Quod autem in bona
serrati, hi sunt, qui in corde bono & op-
timo audiētes uerbum retinēnt & fruc-
tum afferunt in patientia.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra ac-
tione confidimus, concede propitius: ut con-
tra aduersa omnia doctoris gentium protectio-
ne muniamur. Per Dominum nostrum IESVM
Christum filium tuum.

F 4 Dominica

EPISTOLA ET EVANGELI

Dominica in Quinquagesima.

S V M M A R I V M . Epistola , illustris est commendatio Charitatis , ut sciamus hanc reliquis spiritus sancti donis esse praestantiorē . Describuntur porro et membra , et species Charitatis , quæ sola fibo mini desit , reliqua prodesse non possum . In Evangelio predicit Christus passionem suam , et illuminat cœcum . Vtrung; opus eximie charitatis , pati uellet tam immania proximis , et mendicum tam humeriter complecti . Mundus hodie magis coccus quam ille Evangelicus , uerbum crucis audire non sustinet . Christum non amat , sed iterum sibi meti ipsi crucifigit . Nos autē quid . Illuminati sequamur , et redamemus , et glorificemus I E S U M , contempta mundi turbas , abiectisq; omnibus impedimentis .

Epistola I. Corinth. XIII.

F Ratres , Si linguis hominum loquar & Angelorum , charitatem autem nō habeam , factus sum uelut æs sonans , aut cymbalum tinniens . Et si habuero Prophetiam , & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam , & si habuero OMNEM FIDEM , ita ut montes trans-

transferam , charitatem autem non ha-
buero, nihil sum. Et si distribuero in ci-
bos pauperum omnes facultates meas,
& si tradidero corpus meū, ita ut ardeam,
charitatem autem nō habuero, nihil mi-
hi prodest. C H A R I T A S patiens est,
benigna est : charitas non æmulatur, nō
agit perperām, non inflatur, non est am-
bitiosa, non quærit quæ sua sunt, non ir-
ritatur, non cogitat malum, non gaudet
super iniuriam, congaudet autem ueris-
tati. Omnia suffert, omnia credit, omnia
sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam
excidit , siue Prophetiæ euacuabuntur,
siue linguae cessabunt , siue scientia de-
structetur. Ex parte enim cognoscimus, &
ex parte Prophetamus. Cum autem ue-
nerit quod perfectum est , euacuabitur
quod ex parte est. Cum essem paruulus,
loquebar ut paruulus , sapiebam ut par-
uulus, cogitabam ut paruulus. Quando
autem factus sum vir, euacuaui quæ erāt
paruuli. Videntur nunc per speculum in
ænigmate ; tunc autem facie ad faciem.

F s Nunc

EPISTOLA ET EVANGELI

Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: MAIOR AVTEM horum est charitas.

Euangelium Luc. XVIII.

IN illo tempore, Assumpsit IESVS duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum: & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem cùm appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus transiret.

Et

Et clamauit, dicens: I E S V fili Dauid,
miserere mei. Et qui præibant, increpa-
bant eum ut taceret. Ipse uero multo
magis clamabat: Fili Dauid, miserere
mei. Stans autem I E S V S, iussit illum
adduci ad se. Et cum appropinquasset,
interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis
faciam? At ille dixit: Domine, ut ui-
deam. Et I E S V S dixit illi: Respice,
fides tua te saluum fecit. Et confessim
uidit: & sequebatur illum, magnificans
Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit
laudem Deo.

Oratio Ecclesie.

Preces nostras, quæsumus Domine, elemene-
ter exaudi: atq; à peccatorum uinculis absolu-
tos, ab omni nos aduersitate custodi, per Domini
nrum nostrum IESVM Christum, filium tuum.

In die Cinerum.

S V M M A R I V M. Et lectio & Euangelium
imfecta eruditur quemadmodum et ieiunium inuen-
dum & Quadragesima amplectenda sit. Iocel qui ppe-
clamauit

EPISTOLA ET EVANGELI.

clamat, & monet nos integro corde ad Deum conseruari, & seriam paenitentiam cum exteriā, tum internam meditari, quocunq; in statu tandem & conditione uite agamus: & sic ieiunantibus cum uera paenitentia & humili oratione ueniam pollicetur Euangelium uero eliminatis pestibus quæ uitianiæ ieiunium, fastu, ambitione, Hypocrisi, casta, simplicitas et sincera ieiunia ieiunare nos docet, ut a Deo mercedem qui uidet in absconde accipere mereamur. Adhortatur & adeleemosynam neglectumque thesaurorum auri & argenti, quam rem optime cum ieiunio quadrare inde constat, quod secundum Prophetam ieiunium sine misericordia, si modo exhibere ea posis, non perinde utile sit, & ad placandum Deum accommodum.

Ioelis. II.

HAEC dicit Dominus: CONVERTE
TIMINI ad me in toto corde,
uestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu,
& scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Et conuertimini ad Domum Deum uestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiarum, & præstabilis super malitia. Quis

Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem: Sacrificium & libamen Domino Deo nostro. C A N I T E tuba in Sion, sanctificate ieiunium, uocate coetum, congregate populum, sanctificate Ecclesiā, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter uestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominantur eis nationes. Quare discunt in populis, ubi est Deus eorum? Zelatus est Dominus super terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo. Ecce ego mittam uobis frumentum & uinum & oleum, & replebitimi eis, & non dabo uos ultra opprobrium in gentibus, dicit Dominus omnipotens.

Evangelium Matth. VI.

In illo

EPIS.TOLA ET EVANGEL.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis : Cùm ieunatis, nolite fieri sicut Hypocritæ , tristes : Exterminant enim facies suas, ut appareat hominibus ieunantes. Amen dico uobis, quia recesserunt perūt mercedem suā. Tu autem cū ieunias, unge caput tuū , & faciem tuā laua, ne uidearis hominibus ieunans, sed patrituo qui est in absconso ; & pater tuus qui ridet in absconso , REDDET tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra , ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. THE SAVRIZATE autem uobis thesauros in cœlo, ubi neq; ærugo neq; tinea demoliatur, & ubi fures nō effodiunt nec furantur. VBI enim est thesaurus tuus, ibi est & cõrtuum.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta Domine fidelibus tuis, ut ieuniorum ueneranda solennia & congrua pietate suscipiantur, & secura deuotione percurrant, per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Canticum per Quadragesimam.

Ex

Ex more docti mystico, seruemus hoc eius
nrum, deno dicrum circulo ducto quater notis-
simo. Lex & Prophetæ primitus hoc prætu-
terunt, postmodum Christus sacravit omnium
Rex acq; factor temporū. V T A M V R ergo
partius verbis, cibis, & potibus, somno, iocis, &
arctius persternus in custodia. Dicamus omnes
cernui, clamemus atq; singuli, ploremus ante
Iudicem, flectemus iram vindicem. Nostris ma-
lis offendimus tuam Deus clementiam, effunde
nobis desuper remissor indulgentiam. Præfata
beata Trinitas, concede simplex Vnitas, ut frue-
quosa sint tuis iejuniorum munera, Amen.

Feria V. post diem Cinerum:

S Y M M A R I V M. Virtutem orationis quo-
acceptabile facit iejunium, commendat nobis Rex
pius Ezechias, qui grauissimo morbo laborans 35.
annorum uitā orando impetrat, cursumq; cœlestium
corporum mutat, Euangeliū cominet Cenurionis
quoq; orationem qui pro famulo intercedens fide sua
ardenti facile quod petit obtinet. Deniq; uterq; prin-
ceps exemplo suo admonet, que ad rite orandum
Deum spectent que sunt, fides, humilitas, pœnitentia,
iustitia, charitas, et firmum viet in melius cōmutan-
de propositum Que eiusmodi sunt ut Deū quātumvis
iratum placare queant, et quasslatam sementiam
contra nos mutare cogant.

Lectio

EPISTOLA ET EVANGEL.

Le^ctio Isaiæ XXXVIII.

IN diebus illis, AEGROTAVIT Ezechias
usque ad mortem. Et introiuit ad eum
Isaias filius Amos Propheta, & dixit ei:
HÆC dicit Dominus: DISPONE
domui tuæ, quia morieris tu, & non ui-
ues. Et conuertit Ezechias faciem suam
ad parietem, & orauit ad Dominum, &
dixit: Obsecro Domine, MEMEN-
TO quæso quomodo ambulauerim co-
ram te in ueritate & in corde perfecto, et
quod bonum est in oculis tuis fecerim.
Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū
est uerbum Domini ad Isaiam, dicens:
Vade, & dic Ezechia: HÆC dicit Do-
minus Deus Dauid patris tui: audiui
orationem tuam, & uidi lachrymas tuas.
Ecce ego adjiciam super dies tuos, quin-
decim annos, & de manu Regis Assy-
riorum eruam te & ciuitatē istam & pro-
tegam eam, ait Dominus omnipotens.

Euangelium Matth. VIII

Nullo tempore, Cùm introisset I E S V S Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi IESVS: Ego ueniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, N O N meum, ut intres sub tectum tur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub meis milites: & dico huic, Vade, & uadit: & alio, Veni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem I E S V S, miratus est: & sequentibus se dixit: Amem dico uobis, non inueni tantam fidem in Israe. Dico autem uobis, quod MVL T ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. filij autem regni, ejcentur in exteriores: IBI erit fletus & strix. Et dixit IESVS Centurio: Scut crederas illa dicitio.

EPISTOLA ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiae.

Deus qui culpa offenditis, poenitentia placaris : preces populi tui supplicantis propitius responde : & flagella tuæ iracundiae, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte ; Per Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum.

Feria VI. post Cinerum.

S V M M A R I V M . Neq; sine charitate sua
Ieiunio laus & uirtus constat. Ieiunandum est, sed
non à cibis tamum quibusdam abstinentia, siue ad car-
nem edomandam, siue ad disciplinam, humilitatem et
obedientiam exercitandam, uerum etiam uitijs, pree-
sertim que cum charitate pugnant, finem et frenum
imponendo. Ita non perfecte, & ut Deus à nobis per
Isaiam requirit, ieiunant Tyranni, oppressores &
uxatores subditorum, rapaces, percussores, impos-
tiores, & quotquot malis artibus proximum circum-
ueniunt. Ieiinium ut homini salutiferum, ac Deo
gratum sit, requirit in primis omnem humanitatem,
facilitatem ac beneficiam non solum erga nostros,
familiares suos, sed etiā erga peregrinos, uagos, ege-
nos, mendicos, atq; adeò si Euangelio auscultamus,
erga inimicos: ita tamen, ut non hominum, sed Dei
gloriam in benefactis omnibus purè spectemus.

Lectio Esiae LVIII.

Hæc

HAec dicit Dominus Deus : CLA,
M A , ne cesses, quasi tuba exalta
uocē tuam, et annuncia populo meo sc̄e
lera eorū , & domui Iacob peccata eorū .
Me etenim de die in diē querunt, et scire
uias meas uolunt, quasi gens quę iustitiā
fecerit, & quę iudicium Dei sui non de-
reliquerit. Rogant me iudicia iustitiae, &
appropinquare Deo uolunt. Quarē ieius
nauimus, & nō adspexisti : Humiliaui-
mus animas nostras, & nescisti : ECCE
in die ieunij uestri inuenitur uoluntas
uestra, et omnes debitores uestros repeti-
tis. Ecce ad lites & ad contentiones ieiu-
natis, & percutitis pugno impiè. Nolite
ieiunare sicut usq; ad hāc diē, ut audiatur
in excelsō clamor uester. Nunquid tale
est ieunium quod elegi, per diē affligere
hominē animam suā? Nunquid contor-
quere, quasi circulū caput suum, & saccū
& cinerē sternere? Nunquid istud uoca-
bis ieuniū , & diem acceptabilē Domi-
no? Nōnne hoc est magis ieunij quod
elegi? Dissolute colligationes impietatis,

G 2 solue

EPISTOLA ET EVANGELI.

solute fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. FRANGE esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. CVM VIDERIS nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris. TUNC erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet, ecce adsum, quia miseris cors sum, Dominus Deus tuus.

Euangelium Mattb. V. & VI.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, DILIGITE inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in coelis est,

est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & in-iustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habetis: Nonne & Publicani hoc faciunt: Et si salutares fratres uestrros tantum, quid amplius facitis: Nonne & Ethnici hoc faciunt: ESTOTE ergo uos perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. AT, TENDITE, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in coelis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut Hypocritae faciunt in Synagogis & in uicis, ut honorificetur ab hominibus: amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Oratio Ecclesiae.

G 3 Incoat

EPISTOLA ET EVANGEL.

Lectio Isaiae XXXVIII.

IN diebus illis, A Egrotauit Ezechias usque ad mortem. Et introiuit ad eum Isaias filius Amos Propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus : D I S P O N E domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, M E M E N T O quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto, et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū est uerbum Domini ad Isaiam, dicens: Vade, & dic Ezechia: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: audiuī orationem tuam, & uidi lachrymas tuas. Ecce ego adjiciam super dies tuos, quindecim annos, & de manu Regis Assyriorum eruam te & ciuitatē istam & protegā eam, ait Dominus omnipotens.

Euangelium Matth. VIII.

In illo

IN illo tempore, Cùm introisset I E S V S Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi IESVS: Ego ueniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine, N O N S V M dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & uadit: & alio, Veni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem I E S V S, miratus est: & sequentibus se dixit: Amē dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem uobis, quōd M V L T I ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni, ejicientur in tenebras exteriores: I B I erit fletus & stridor dentium. Et dixit IESVS Centurioni: Vade, & sicut creas didisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

G Oratio.

EPISTOLA ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui culpa offenderis, poenitentia placatio : preces populi tui supplicantis propitius respice : & flagella tuæ iracundiae, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte ; Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Feria VI. post Cinerum.

S V M M A R I V M . Neq; sine charitate sua Ieiunio laus & uirtus constat. Ieiunandum est, sed non à cibis tantum quibusdam abstinendo, siue ad carnem edomandam, siue ad disciplinam, humilitatem et obedientiam exercitandam, uerum etiam uicijs, presertim que cum charitate pugnant, finem et frenum imponendo. Ita non perfecte, & ut Deus à nobis per Iсаiam requirit, ieiunant Tyranni, oppressores & uexatores subditorum, rapaces, percussores, impoſtores, & quotquot malis artibus proximum circumueniunt. Ieiunium ut homini salutiferum, ac Deo gratum sit, requirit in primis omnem humanitatem, facilitatem ac beneficiam non solum erga nostros, familiare ſuę, sed etiā erga peregrinos, uagos, egenos, mendicos, atq; adeò si Euangelio auscultamus, erga inimicos: ita tamen, ut non hominum, sed Dei gloriam in benefactis omnibus purè spectemus.

Lectio Eſaiæ LVIII.

Hæc

HAec dicit Dominus Deus : CLA,
M A , ne cesses, quasi tuba exalta
uocē tuam, et annuncia populo meo sce-
lera eorū , & domui Iacob peccata eorū .
Me etenim de die in diē querunt, et scire
uias meas uolunt, quasi gens quę iustitiā
fecerit, & quę iudicium Dei sui non de-
reliquerit. Rogant me iudicia iustitiae, &
appropinquare Deo uolunt. Quarè ieius
nauimus, & nō adspexisti : Humiliaui-
mus animas nostras, & nescisti : ECCE
in die ieunij uestri inuenitur uoluntas
uestra, et omnes debitores uestros repetis.
Ecce ad lites & ad contentiones ieiu-
natis, & percutitis pugno impiè. Nolite
ieiunare sicut usq; ad hāc diē, ut audiatur
in excelsō clamor uester. Nunquid tale
est ieinium quod elegi, per diē affligere
hominē animam suā: Nunquid contor-
quere, quasi circulū caput suum, & saccū
& cinerē sternerer: Nunquid istud uoca-
bis ieuniū , & diem acceptabilē Domi-
no: Nōnne hoc est magis ieuniū quod
elegi: Dissolute-colligationes impietatis,

G 2 solue

EPISTOLA ET EVANGELI-

solute fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. FRANGE esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. CVM VIDERIS nudum, operi eum, & carnem tuam ne despixeris. TVNC erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet, ecce adsum, quia miseris cors sum, Dominus Deus tuus.

Euangelium Mattb. V. & VI.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, DILIGITE inimicos uestrros, benefacite his qui oderunt uos & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri qui in coelis est,

est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & in-iustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habetis: Nonne & Publicani hoc faciunt: Et si salutares fratres uestrros tantum, quid amplius facitis: Nonne & Ethnici hoc faciunt: ESTOTE ergo uos perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. AT, TENDITE, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in coelis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut Hypocritae faciunt in Synagogis & in uicis, ut honorificetur ab hominibus: amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Oratio Ecclesiae.

G 3 Incoar

EPISTOLA ET EVANGEL.

Inchoata ieiunia, quæsumus, Domine benigne
fauore prosequere: ut obseruantiam quæ
corporaliter exhibemus, mentibus etiam syn-
ceris exercere valeamus, per Dominū nostrum
IESVM Christum filium tuum.

Sabbatu post Cinerum.

SUMMARIUM. Vide quam pulchra docen-
di methodus ex præcedenis tridui lectionibus sacris
conset. Nam ut integras homini ad Deum offensum
conuersio, die Cinerum, scit etiam apud Ninuitas,
initium a ieiunio sumptum. Sequitur postridie Eze-
chias, orationem nobis commendans, qua uitam ille
suā prorogauit, & qua Cencurio pueri sui etiam sa-
nitatem optimuit. Tertio dñi, id est, besterno die,
clamat Isaías, requirens eleemosynam & charitatis
fraterne iura. Idem Propheta nunc docet horū qm-
nium ac totius demum conuersionis ad Deum nostræ
fructus amplissimos, utpote intellectus ad ueram sa-
pientiam illustrationem, animi cum Deo reconcilia-
ti pacem, iugem in cultu Dei exercitationem, in ope-
re itidem ac sermone proximi edificationē, ac eter-
nam deniq; probefactis remunerationem. Nec cre-
fert, si uaria incidae discrimina ac terriculamenta
quibus ne Apostoli quidē carere potuerunt, ut Euangeli-
gium aptè subiungit. Sed in medijs procellis adest
ex imperato Christus, & consolatur moestos, & con-
firmit

firmat imbecillos, & curat egrotos efficaciter. Vtrumque miraculum diuinam in Domino uirtutem adstruit, & alit in nobis ueram fiduciam, quod uidelicet super equorum maris inoffenso pede ambular, & quod sue uenit contactu morbos omnes profigat.

Lectio Esiae LVIII.

HAEC dicit Dominus Deus: Si absuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest, cum effuderis esurientiam animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae. Et aedificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis, & generationis suscitabis. Et uocaberis aedificator sepium, auertens semitas in quietem, si auerteris a Sabbato

G 4 pedem

EPISTOLA ET EVANGEL.

pedem tuum, facere uoluntatem tuam in
die sancto meo, & uocaueris Sabbatum
delicatum, & sanctum Domini glori-
sum, & glorificaueris eum dum non fa-
cis vias tuas, & non inuenietur uolun-
tas tua, ut loquaris sermonem: tunc de-
lectaberis super Domino, & sustollam te
super altitudines terræ, & cibabo te hæ-
reditate Iacob patris tui. Os enim Do-
mini locutum est.

Evangeliū Marc. VI.

IN illo tempore, Cùm sero esset, erat
Inauis in medio mari, & ipse solus in
terra; & uidens eos laborantes in remi-
gando, (erat enim uentus cōtrarius eis)
& circa quartam uigiliam noctis uenit
ad eos, ambulans supra mare, & uolebat
præterire eos. At illi ut uiderunt eum
ambulantē supra mare, putauerūt phan-
asma esse, & exclamauerunt. Omnes
enim uiderunt eum, & conturbati sunt.
Et statim locutus est cum eis, & dixit eis:
CONFIS-

C O N F I D I T E, ego sum , nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim , & cessauit uentus . Et plus magis intra se stupebant : non enim intellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt. Cumque egressi essent de naui , continuo cognoverunt eum : & percurrentes uniuersam regionem illam, cooperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse. Et quocunq; introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates, in plazis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel simbriam uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Oratio Ecclesiæ.

Adesto Domine supplicationibus nostris;
& concede, ut hoc solenne sciunium, quod annus
mabus corporibusq; curandis salubriter insti-
tutum est, deuoto servitio celebremus, per Do-
minum nostrum IESVM Christum filium tuum.

G. S. Dominica

EPISTOLA ET EVANGEL.
Dominica Quadragesimæ I.

S V M M A R I V M . Quid sit Ecclesiæ filijs
Quadragesima Ecclesiæ docet proposita sequenti Epis-
tola. Ecce tempus acceptabile, ecce dies salutis,
comendemus nos in multa patientia. Quare ut Pau-
lus monet, non desimus oblatæ tante gratiæ, sedulò
exerceamur in pietate, crucem undiq; paratam fe-
ramus pacienter, instruti spiritualibus armis, omni
virtutum genere nos, dum tempus est ornemus, et
alijs in Domino præluceamus. Quid uero Christus in
Euangelio: speculum est Christianæ discipline, pre-
sertim in Quadragesima exercende. Baptizatus se-
cedit, orat, iejunat, tentatur pugnat gladio spiritus,
uincit infernum Sathanam. Huc spectemus nos, qui
per mundi huius desertum ad coeleste brauium con-
tendimus: Si legittime certemus, coronabimur, et
Quadragesimalis tum pœnitentie, tum uictoriae fru-
ctus referemus. Verum de nomine Quadragesima,
non indignum est scitu, quod scribit Rupertus Tuitia-
ensis: Non solum Dominica hec inquit Quadragesi-
ma dicitur, quemadmodum illæ que precesserunt,
Quinquagesima, Sexagesima atq; Septuagesima, sed
et hoc omne tempus quod ab hac die usq; ad sacra-
tissimam Pasche solennitatem tenditur Quadrage-
sima nūcupatur, uidelicet propter imitationem Do-
minicæ iejunij, quā per hos dies obseruamus, sic ille
nos

non dissentiens ab ijs que apud Ignatium Ioannis Apostoli discipulum leguntur in hac uerba: Quae drageſimam nolite pro nibilo babere: Imitationem enim continent Dei conuerſationis. Certe Hieronymus ac Theophilus palam teſtantur Quadragesimam a ſacris Apoſtoliſ institutam, traditam, & ordinatam eſſe in Eccleſia Dei.

Epifola II. Corinth. VI.

Fratres, Hortamur uos, ne in uacuis gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiuit te, & in die ſalutis adiuuit te. ECCE nūc tempus acceſtabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes ullam offenſionem, ut non uituperetur ministerium nostrum: ſed in omnibus exhibeamus nosmetipſos ſicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in anguſtijis, in plagiis, in carceribus, in ſeditiōnibus, in laboribus, in uigilijs, in ſeiunijis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spirituſancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in virtute

EPISTOLA ET EVANGELIUM

virtute Dei, per arma iustitiae à dextris &
à sinistris, per gloriam & ignobilitatem,
per infamiam & bonam famam: ut se-
ductores, & ueraces: sicut qui ignoti, &
cogniti: quasi morientes, & eccè uiui-
mus: ut castigati, & non mortificati:
quasi tristes, semper autem gaudentes:
sicut egentes, multos autem locupletan-
tes: tanquam nihil habentes, & omnia
possidentes.

Euangelium Matthæi IIII.

IN illo tempore, Ductus est I E S V S
in desertum à spiritu, ut tentaretur a dia-
bolo. Et cum ieunasset quadraginta
diebus & quadraginta noctibus, postea
esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si
filius Dei es, dic ut lapides isti panes fi-
ant. Qui respondens dixit: Scriptum est:
NON IN SOLO pane uiuit homo,
sed in omni uerbo quod procedit de ore
Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in
sanctam ciuitatem, & statuit eum super
pinnae.

pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia Angelis suis mandauit dete, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus: Rursum scriptū est: NON TEN TABIS Dominum Deum tuum. Itetum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit ei omni regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade retro Satana. Scriptum est enim: DOMI, NVM Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministabant ei.

Oratio Ecclesiae.

Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas, praesta familiæ tuæ, ut quod à te obtainere abstinendo nescitur, hoc bonis operibus exequatur, per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Hymnus

EPISTOLA ET EVANGELI.

Hymnus tempori quadrans.

Audi benigne Conditor, nostras preces quibus
fleibus, in hoc sacro feiunio, fusas quadragenastis.
Scrutator alme cordium, infirma tu scius
uirium: ad te reveris exhibe remissionis gratiam.
Multum quidem peccauimus, sed parce
confidentibus: ad laudem cui nominis confer
medelam languidis. Sic corpus extra conteri
dona per abstinentiam, ieiunet ut mens sobria
a labo prorsus criminum. Praesta beata Trinitas,
concede simplex Unitas, ut fructuosa
sint tuis ieiuniorum munera. Amen.

Feria I I. post Domi. Invocavit.

S V M M A R I U M. Cūm ad ieiunandum, tum
ad omne opus bonum excitat animos Iudicium extre-
mum rite consideratum, in quo nullum malum impun-
itum, nullum bonum irremuneratum manere pos-
test mortalibus. Pastor est Christus & uerè pastor
bonus, ut Epistola monstrat, si bonitate illius, ut
morigere oves, conueniemer ut amur. Sin hædi esse
nunc uolumus, & charitatis pietatisq; opera negli-
gimus, en Christo iudice lata contra nos est senten-
tia, & parata gebenna impenitentibus.

Lectio Ezechielis XXXIII.

Hæc

HAec dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse requiram oves meas, & uisitabo eas, sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ovis suarum dissipatarum , sic uisitabo oves meas , & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris , & inducam eas in terram suam , & pascam eas in montibus Israel,in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis uberrimis pascam eas , & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum : ibi requiescent in herbis uirentibus , & in pascuis pinguiibus pa- scentur super montes Israel. Ego pascam oves meas, & ego eas accubare faciam, dis- cit Dominus Deus. QVOD PERIE- RAT,requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat,alli- gabo : & quod infirmum fuerat, conso- lidabo : & quod pingue & forte, custo- diam : & pascam illas in iudicio & iusti- tia,dicit Dominus omnipotens.

Euangelium

EPISTOLA ET EVANGEL.

Evangeliū Matth. XXV.

IN illo tempore, Dixit IESVS disci-
pulis suis: Cùm uenerit Filius homi-
nis in maiestate sua, & omnes Angeli
cum eo, tunc sedebit super sedem maie-
statis suæ, & congregabuntur ante eum
omnes gentes, & separabit eos ab inui-
cē, sicut pastor segregat oves ab hoēdis:
& statuet oves quidē à dextris suis, hoc-
dos autem à sinistris. Tunc dicet rex his
qui à dextris eius erunt: VENITE
BENEDICTI patris mei: posside,
te paratum uobis regnum à constitutio-
ne mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi
manducare: sitiui, & dedistis mihi bi-
bere: hospes eram, & collegistis me: nu-
dus, & operuistis me: infirmus, & uisita-
stis me: in carcere eram, & uenistis ad
me. Tunc respondebunt ei iusti, dicen-
tes: Domine, quando te uidimus esuri-
entem, & pauperem: Sitientem, & dedis-
mus tibi potum: Quando autem te ui-
dimus hospitem, & collegimus te: Aut
nudum,

nudum, & cooperuimus te. Aut' quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te. Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico uobis, quādiū fecistis uni de his fratribus meis ministris, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: DISCEDITE à me
M A L E D I C T I in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potū: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & nō ministravimus tibi: Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.

H Oratio

EPISTOLA ET EVANGELIUM

Oratio Ecclesiæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster, & ut nos
in die ieiunium quadragesimale proficiat, mentes
nostras coelestibus instrue disciplinis, Per Do-
minum nostrum IESVM Christum filium
tuum.

Feria III. post Dominum. Inuocavit.

S V M M A R I V M. Isaias Dei clementiam,
diuiniq[ue] uerbi uirtutem hic predicit, illisq[ue] qui Deum
tempestiue querunt, & inuocant, & poenitentiā agunt,
misericordiam pollicetur. Euangelium ostendit, eie-
ctos ē templo negotiatores, curatos illic etagrotos, &
confutatos idcirco Phariseos, quia Deum à pueris
laudari in Christo indignè ferrent. Nostrum est igē-
tur, puris & lubentibus animis cultum diuinū, pre-
sertim in templis, peragere.

Lectio Isaiae LV.

IN diebus illis locutus est Isaiae Pro-
pheta dicens, QVAERITE Domini
num, dum intueniri potest: inuocate eū,
dum

I N Q V A D R A G E S . D O M I N I C . I . 58

dum propè est. Derelinquat impius viā suum, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominū, & miserebitur eis us, & ad Deū nostrū , quoniam multus est ad ignoscendū. **N O N E N I M** cogitationes meæ cogitationes uestræ : neq; uiæ uestræ uiæ meæ , dicit Dominus: Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultrá nō reuertitur , sed in ebriat terrā, & infundit eam, & germinare cā facit, & dat semēn serenti, & panē co medenti , sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo : **N O N R E V E R T E T V R** ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolui , & prosperabitur in his , ad quæ misi illud ; ait Dominus omnipotens.

Evangeliū Matth. XXI.

IN illo tempore, Cū intrasset I E S V S Hierosolymam, cōmota est uniuersa H 2 ciuitas,

EPISTOLA ET EVANGELI

ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est IESVS Prophetā à Nazareth Galilææ. Et intravit IESVS in templum Dei, et eniebat orantes uenientes & ementes in templo, & mensas numulariorum & cathedras uendentiū columbas euertit, & dicit eis: Scriptum est, DOMVS MEA domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem Principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt & disserunt ei: Audis quid isti dicunt? IESVS autem dixit eis: Vtique. Nunquam legistis, quia EX ORE infantium & lactentium perfecisti laudem. Et relicts illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibi docebat eos de regno Dei.

Oratio Ecclesiæ.

Respicere

Respice Domine familiam tuam & praesta,
ut apud te mens nostra tuo desiderio resulgeat,
qua se carnis maceratione castigar. Per Domini
num nostrum I E S V M Christum filium
tuum.

Feria IIII. post Domini Inuocavit.

S V M M A R I V M. Sicut in Christo et Moysè,
sic etiam in Elia ieiunij Quadragesimalis forma
præcepit, & quasi primordia nobis consecrata sunt.
Idem Elias, Achab Tyrannum fugiens, ut hoc loco
narratur, iamq; uite pertæsus, confortatur ab An-
gelo, qui bis excitat dormientem, & in deserto esu-
rientem pane subcinericio reficit. Adeò suos Deus
deserit nunquā. In Euangelio grauiter Iudei taxan-
tur, inspectandis miraculis nimium curiosi, &
contra Christum bene monentem obstinate recalcitra-
trantes. Hinc poena illis & damnatio horrenda pre-
dicitur: ex aduerso autem laudantur, qui uolunta-
tem Patris faciunt.

III. Regum XIX.

IN diebus illis, Venit Helias in Bersa,
I bee Iuda, & dimisit ibi puerum suum,
& perrexit in desertum viam unius diei.

H 3 Cumq;

EPISTOLA ET EVANGEL.

Cumq; uenisset , & sederet subter unām
Juniperum, petiuit animæ suæ , ut more-
retur, & ait : Sufficit mihi Domine, tolle
animam meam : neq; enim melior sum
quam patres mei. Proiecitq; se, et obdors-
mivit in umbra iuniperi. Et ecce Ange-
lus Domini tetigit eum, & dixit illi: Sur-
ge, & comedere. Et respexit, & ecce ad cap-
ut suū subcinericius panis, & uas aquæ.
Comedit ergo & bibit, & rursum obdor-
mivit. Reuersusq; est Angelus Domini
secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: Sur-
ge, comedere ; grandis enim tibi restat uia.
Qui cum surrexisset, comedit & bibit, &
ambulauit in fortitudine cibi illius qua-
draginta diebus & quadraginta nocti-
bus usq; ad montem Dei Horeb.

Euangelium Matth. XII.

IN illo tempore, Accesserunt ad Iesu
scribæ & Pharisei , dicentes:
Magister uolumus a te signum uidere.

Qui

Qui respondens , ait illis : Generatio mala & adultera signū quærit , & signū non dabitur ei , nisi signum Ionæ Prophetae . Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus , sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus . Viri Ninius tæ surgent in iudicio cum generatione ista , & condemnabunt eam , quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ : & ecce plus quam Ionas hic . Regina austri surget in iudicio cum generatione ista , & condemnabit eam : quia uenit a finibus terræ , audire sapientiam Salomonis : & ecce plus quam Salomon hic . Cum autem immundus spiritus exierit ab homine , ambulat per loca arida quærens requie , & nō inuenit . Tunc dicit : Reuertar in dominum meum unde exiui . Et ueniens , inuenit eam uacantem , scopis mundata , & ornatâ . Tunc uadit , & assumit septem alios spiritus secum , nequiores se : & intrantes , habitant ibi : & FIVNT NOVISSIIMA hominis illius peiora prioribus ,

EPISTOLA ET EVANGEL.

Sic erit et generationi huic pessimæ. Ad huc eo loquente ad turbas, eccè mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidā: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te alloqui. At ipse respondens dicēti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim F E C E R I T V O L V N T A T E M patris mei qui in coelis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

Oratio Ecclesiæ.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia dexteram tuæ maiestatis extende, per Dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum.

Feria V^o, post Dominica Inuocauit.

S V M M A R I V M. Vnusquisq; suū onus portabit, & pro suis ipse peccatis, non pro alio a iudice D e o, qui reddet uniciq; secundū eius opera, dñabia
T H R . E X .

tur. Ex quibus iustitia & iniustitia, salus & damnatio hominis pendeant docet Ezechiel. Accedit Euangelium de Chananeis, cuius fides, humilitas, oratio, consternatio sicut iustitiae quoddam exemplar. Sic filie sanctae tis causa fuit, ut a demone per Christum liberaretur.

Lectio Ezechielis XVIII.

IN diebus illis, Factus est sermo Domini ad me, dicens: Quid est quod inter uos parabolam uertitis in proverbiū istud in terra Israel, dicentes: Parentes comedērunt uuam acerbam, & dentes filiorū obstupuerunt? Vīuo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultrā uobis parabola hæc in proverbiū in Israel. Eccē omnes animæ, meæ sunt: Ut anima patris, ita & anima filij, mea est. ANIMA QVAE PECCAVERIT, ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comedērit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & uxorem proximi sui nō uiolauerit, & ad mulierē mensuamat non accesserit, & hominem nō contristauerit, pignus debitori reddide-

H 5 nit, per

EPISTOLA ET EVANGELI

tit, per utm nihil rapuerit, panem suum
fusurienti dederit, & nudū operuerit ue-
stimento, ad usuram non commodaue-
rit, & amplius non acceperit, ab iniqüs-
itate auerterit manum suam, & iudicium
uerum fecerit inter virum & virum: & in
præceptis meis ambulauerit, & iudicia
mea custodierit, ut faciat ueritatē: HIC
IVSTVS EST, uita uiuet, non mor-
tietur, ait Dominus omnipotens.

Euangelium Matth. XV.

IN illo tempore, Egressus IESVS
secessit in partes Tyri & Sidonis. Et
ecce mulier Chananæa à finib⁹ illis
egressa, clamauit, dicens ei, MISERE-
RE MEI Domine fili Dauid: filia mea
male à dæmonio uexatur: Qui non re-
spondit ei uerbum. Et accedentes disci-
puli eius, rogabant eum, dicētes: Dimitte
eam: quia clamat post nos. Ipse autē re-
spondēs, ait: Non sum missus, nisi ad o-
ues quæ perierunt domus Israel. At illa
uenit, & adorauit eum dicens: DOMI-
NE,

DOMINIC. I. IN QVADRAG. 61
NE ADIVVA ME. Qui respondens,
ait: Non est bonum sumere panē filiorū,
& mittere canib⁹. At illa dixit: Etiā Do-
mine. Nā & catelli edunt de mīcīs; quæ
cadunt de mensa dominorū suorū. Tunc
respondēs Iesus, ait illi: O mulier, magna
est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata
est filia eius ex illa hora.

Oratio Ecclesiae.

Deuotionem populi tui, quæsumus Domi-
ne, benignus intende: ut qui per abstinentiam
macerantur in corpore, per fructum boni opes
ris reficiātur in mente. Per Dominum nostrum
I E S V M Christum filium tuum.

Feria VI. post Dominicā Inuocauit.

S V M M A R I V M. Vides hic Deū misericordē,
quia nō uult mortē impij, & neminem finit alterius
peccato dānari; uides & iustū eundē, qui requirat
penitentiā & conuerstionem ab omnī iniquitate, nec
uelit iustū nisi ab operibus iustis estimare atq; salua-
re. In Euangelio miraculū est de languido ad pīscinā
fanato, iterūq; admonito, ut à peccando caueret, ne
alioquin recidiuātis nouissima prioribus peiora fie-
rent. Nos hinc discimus, ex peccatis morbos plerung
pronēsire ex ex iisdem reperitis augeri.

Lectio

EPISTOLA ET EVANGEL.
Ecclio Ezechieli XVIII.

HAEC dicit Dominus Deus: ANI-
MA quæ peccauerit, ipsa morie-
tur: Filius non portabit iniuriam pa-
tris, & pater non portabit iniuriam fi-
lii. Iustitia iusti super eum erit, & impi-
tas impij erit super eum. Si autem impius
egerit penitentiam ab omnibus pecca-
tis suis quæ operatus est, & custodierit
OMNIA PRAECEPTA mea, &
fecerit iudicium & iustitiam: uita uiuet,
& non morietur. Omnia iniuriam
eius quas operatus est, non recordabor:
IN IVSTITIA SVA quam operatus
est, VIVET. Nunquid uoluntatis meæ
est mors impij, dicit Dominus Deus, &
non ut conuertatur à uis suis, & uiuat?
Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, &
fecerit iniuriam secundum omnes abo-
minaciones quas operari solet impius,
nunquid uiuet? Omnes iustitiae eius
quas fecerat, nō recordabuntur: in præ-
uaricatione qua præuaricatus est, & in
peccato

peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est æqua uia Domini. Audite ergo domus Israel: Nunquid uia mea non est æqua, & nō magis viæ uestræ prauæ sunt? Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniuitatē, morietur in eis. In iniustitia quæ operatus est, morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustiam, IPSE ANIMAM SVAM uiuificabit. Cōsiderans enim, & auertens se ab omnibus iniuitatibus suis quas operatus est, uita uiuet, & nō morietur, ait Dominus omnipotens.

Evangeliu[m] Ioannis V.

IN illo tempore, Erat dies festus Iudeorum: & adscendit IESVS Hierosolymā. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaïda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorū, claudorū, aridorū, expectantium aquæ

EPISTOLA ET EVANGELI

sequæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinā: et mouebatur aqua. Et qui prior descens, dissit in piscinā post motionē aquæ sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua: Hunc cū uidisset IESVS iacentem, & cognouisset quia iam multū tempus haberet, dicit ei: VIS SANVS FIERI: Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cū turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā. Dū uenio em̄ ego, aliud ante me descendit. Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suū, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo. Dicebat ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, nō licet tibi tollere grabatum tuum. Respōdit eis: Qui me sanū fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuū, et ambula. Interrogauerunt ergo eū: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuū, & ambula? Is autem qui

DOMINI. I. IN QVADRAGE. 64

qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. IESVS eum declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum IESVS in templo, & dixit illi; ECCE SANVS FACTVS es, iam NOLI PECCA, RE, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & munciauit Iudeis quia IESVS esset qui fecit eum sanu.

Oratio Ecclesiae.

Esto Domine propitius plebi tue, & quam
tibi facis esse deuotam, benigno refoue misera-
tus auxilio, Per Dominum nostrum IESVM
Christum filium tuum.

Sabbato post Dominicā Inuocauit.

S V M M A R I V M. Epistola commendat opera
ta misericordie et charitatis, docet Christianam le-
nitatem, iubet in genere a malo et mali specie omo-
nes abstinere, uacare pietati, ac de proximis bene
seduloq; mereri. Euangelium proponit historiam da
Christi transfiguratione: cui non solum testes Apos-
toli precipui, sed etiam colloquutores Moses et Es-
ias Prophetæ summi coram interfuerint, Ineffabilis
hoc est gloria filij Dei, que doctrinam et perfectionem
nem eius commendat, nosq; consolatur de gloria fu-
ture resurrectionis.

Epistola

EPISTOLA ET EVANGELI

Epistola I. Thessa. V.

Fratres, Rogamus uos, corripite inquietos, consolamini pusillamines, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem, & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. Hæc enim uos luntas Dei in Christo I E S V in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere, Prophetias nolite spernere. Omnia austerem probate: quod bonum est, tenete. AB OMNI specie mala abstинete uos. Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cōseruetur.

Euangelium Matth. XVII.

In illo tempore, Assumpsit I E S V S Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in monte excelsum se

sum seorsum : & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba si-
cur nix. Et ecce apparuerunt illis Moy-
ses & Eliás cum eo loquentes. Respon-
dens autem Petrus , dixit ad I E S V M:
Domine, bonum est nos hic esse : si uis,
faciamus hic tria tabernacula, tibi unum,
& Moysi unum, & Eliæ unum. Adhuc
eo loquente, ecce nubes lucida obum-
brauit eos. Et ecce uox de nube, dicens:
HIC EST F L I V S meus dile-
ctus , in quo mihi bene complacui : ip-
sum audite. Et audientes discipuli , ceci-
derunt in faciem suam , & timuerunt
ualde. Et accessit I E S V S , & tetigit
eos , dixitq; eis: Surgite, & nolite time-
re. Leuantes autem oculos suos , nem-
nem uiderunt, nisi solum I E S V M. Et
descendentibus illis de monte , præcepit
illis I E S V S , dicens : Nemini dixeritis
uisionem , donec filius hominis à mor-
tuis resurgat.

Oratio Ecclesiæ.

Populum tuum, quæsumus Domine, proprie
tius respice, atq; ab eo flagella tuæ iracundiae
clementer auerte. Per Dominum nostrum IESU
SVM Christum filium tuum.

*Dominica II. (quæ & Remini-
scere dicta) in Quadragesima.*

S U M M A R I U M. Ad religiosam uitam seu
sanctificationem, quæ Christianos imprimis decet,
hortatur Epistola in genere, mox etiam in specie: nult
igitur castitatem, & pudicitiam in carne, sinceritat
em & equitatem in contractibus retineri, ut procul
simus ab omni turpitudine & avaritia. Euangelium
de Chananea filia per Christum liberata loquitur,
babetq; pulchrum exemplum rite precandi, uidelicet
in fide, cum humilitate, & charitate sine intermissione.
Tempore Quadragesime hec sedulò exercere
Ecclesiæ disciplina nos admonet.

Epistola I. Thessal. IIII.

Fratres, Rogamus & obsecramus
uos in Domino IESV, ut quemad-
modum

modū accepistis à nobis, quomodò opor-
teat uos ambulare & placere Deo, sic &
ambuletis, ut abundetis magis. Scitis em̄
quæ præcepta dederim uobis per Domi-
nū IESVM. H A E C E S T E N I M
VOLVNTAS DEI , SANCTIFI-
CATI O V E S T R A , ut abstineatis
uos à fornicatione , ut sciat unusquisque
uestrum uas suum possidere in sanctifi-
catione, & honore, non in passione des-
derij, sicut & gentes quæ ignorant Deū.
Et ne quis supergrediatur, neq; circum-
ueniat in negotio fratrem suum: quoniam
uindex est Dominus de his omnibus, si-
cuit prædiximus uobis , & testificati su-
mus. Non enim uocauit nos Deus in
immunditiam , sed in sanctificationem,
in Christo IESV Domino nostro.

Evangeliu[m] Matth. XV.

IN illo tempore, Egressus IESVS, se-
cessit in partes Tyri et Sidonis. Et ecce
I 2 mulier

EPISTOLA ET EVANGEL.

mulier Chananaea, à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: MISERERE MEI DOMINE FILI DAVID: filia mea male à dæmonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oves, quæ perierūt, domus Israel. At illa uenit, & adorauit eum, dicens: DOMINE A DIVVA ME. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens I E S V S, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fia tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Oratio Ecclesiae.

Deus qui conspicis omni nobis uirtute desti-
tui, interius exteriusque custodi, ut ab omnibus
aduersis

aduerſitatis muniāmur in corpore, & à pras
uis cogitationibus mundemur in mente. Per
Dominum nostrum I E S V M Christum fi-
lium tuum.

Feria II. post Domi. Remimiscere,

S V M M A R I V M. Sequens lectio precatio est
Danielis in captiuitate Babylonica pro afflito popu-
lo intercedens. Sicut nobis heri in Chananea, ita nūc
in Daniele commendatur affectus charitatis, quem
pro alijs iuuandis ad orandum adferre debemus. Ea
precandi et diligendi ratio efficax inuenitur, nisi si-
gularis obſtet illorum pro quibus precamur, uel qui-
bus fauemus, peruicacia: quemadmodū Christus ex-
pertus est Iudeos, qui audita toties Euangelij ueri-
tate, Meſiam suum persequi potius & crucifigere,
quam cognoscere et recipere uoluerunt: Qua de re
docet sequens etiam Euangelium.

Lectio Danielis IX.

IN diebus illis, Orauit Daniel dicens:
I Domine Deus noster, qui eduxisti
populum tuum de terra Aegypti in ma-
nu forti, & fecisti tibi nomen secundūm
diem hanc: peccauimus, iniūquitatem

I 3 fecimus

EPISTOLA ET EVANGELIUM
fecimus Domine in omnem iustitiam
tuam. Auertatur, obsecro, ira tua & furor
tuus à ciuitate tua Hierusalem, et à mona-
te sancto tuo. PROPTER peccata eñi
nostra, & iniurias patrum nostrorum,
Hierusalem, & populus tuus in oppro-
brium sunt omnibus per circuitum no-
strum. Nunc ergo exaudi Deus noster
orationem serui tui, & preces eius, & os-
tende faciem tuam super sanctuarium
tuum quod desertum est. Propter te-
metipsum inclina Deus meus aurem tu-
am, & audi: aperi oculos tuos, & uide des-
solutionem nostram, & ciuitatem super
quam inuocatum est nomen tuum. Neq;
enim in iustificationibus nostris proster-
nimus preces ante faciem tuam, sed in
miserationibus tuis multis. Exaudi Do-
mine, placare Domine, attende & fac.
Ne moreris propter temetipsum Deus
meus: quia nomen tuum inuocatum est
super ciuitatem & super populum tuum.

Euangelium Ioan. VIII.

In illo

IN illo tempore, Dixit IESVS tur-
 bis Iudæorum: Ego uado, & quære-
 sis me, & in peccato uestro moriemini.
 Quò ego uado, uos non potestis uenire.
 Dicebant ergo Iudæi: Nunquid inter-
 ficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego
 uado, uos non potestis uenire? Et dices-
 bat eis: Vos de deorsum estis: ego de
 supernis sum. Vos de mundo hoc estis,
 ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo
 uobis, quia moriemini in peccatis ue-
 stris. Si enim non credideritis quia ego
 sum, moriemini in peccato uestro. Dice-
 ban ergo ei: Tu quis es: Dixit eis I E-
 S V S : PRINCIPIVM, qui &
 loquor uobis. Multa habeo de uobis
 loqui & iudicare: sed qui me misit, ue-
 rax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc
 loquor in mundo. Et non cognoue-
 runt quia patrem eius dicebat Deum:
 Dixit ergo eis I E S V S : Cùm exal-
 taueritis filium hominis, tunc cognosce-
 tis quia ego sum, & à me ipso facio nis-
 bit: sed sicut docuit me pater, hæc los-
 1 4 quor

EPISTOLA ET EVANGEL.

quor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum : quia ego quæ placiota sunt ei, facio semper.

Oratio Ecclesiae.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut familia tua quæ se affligendo carnem ab alienis abstinet, sectando iustitiam à culpa ieunet. Per Dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum.

Feria IIII. post Dom. Reminiscere.

SUMMARIUM. Historia sequitur de Elia & uidua Sarephthana : ubi ostenditur quā Deus suorum curam habeat, quos etiam in maxima annoe caritate sustentat & pascit admirabiliter. Nolite ergo solliciti esse. Matth. 6. Proponuntur in Evangelio Pharisei molesti, duri, ambitiosi, elatiq; doctores, quos nihil feci audire debeamus, quandiu in cathedra sedere & docere permittuntur. Humilitatis interim studium cum alijs, tum doctoribus maxime demandatur.

III. Reg. XVII.

IN diebus illis, Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten , dicens:
Surge;

Surge, et uade in Sarepta Sidoniorum,
 & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri
 uiduæ ut pascat te. Surrexit, & abiit in
 Sareptha. Cumque uenisset ad portam ci-
 uitatis, apparuit ei mulier uidua colligens
 ligna, & uocauit eam, dixitque ei: Da mi-
 bi paululum aquæ in uase, ut bibam.
 Cumque illa pergeret ut afferret, clamauit
 post tergum eius, dicens: Affer mihi,
 obsecro, & buccellam panis in manu
 tua. Quæ respondit: Viuit Dominus
 Deus tuus, quia non habeo panem nisi
 quantum pugillus capere potest farinæ
 in hydria, & paululum olei in lecytho.
 En colligo duo ligna, ut ingrediar, & fa-
 ciam illud mihi, & filio meo, ut comedas,
 mus, & moriamur. Ad quam Elias ait:
 Noli timere, sed uade, & fac sicut dixi-
 sti. Veruntamen mihi primū fac de ipsa
 farinula subcinericium panem parvulum,
 & affer ad me: tibi autem & filio tuo
 facies posteā. Hæc aut̄ dicit Dominus
 Deus Israel: Hydria farinæ non deficit,
 nec lecythus olei minuetur usque ad diē,

I S iugna

EPISTOLA ET EVANGELI

In qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit & fecit iuxta uerbum Eliæ. Et comedit ipse, & illa, & domus eius : & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta uerbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ.

Euangelium Matth. XXIII.

TVnc I E S V S locutus est ad turbas & ad discipulos suos , dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisæi. OMNIA ergo quæcumq; dixerint uobis, seruare & facite: secundum opera uero eorum nolite facere: dicunt enim , & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: dígito autem suo nolit ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cornis, & pri-

mas

DOMINIC. II. IN QVADRAG. 70

mas cathedras in Synagogis , & saluta-
tiones in foro , & uocari ab hominibus
Rabbi. Vos autem nolite uocari Rabbi,
Vnus est enim magister uester : omnes
aut uos fratres estis. Et patrem nolite uo-
care uobis super terram : unus est enim
pater uester qui in coelis est. Nec uoce
mini magistri:quia magister uester unus
est Christus. Qui maior est uestrum , erit
minister uester. **Q VI autem SE EX-**
AL T A V E R I T , humiliabitur : &
qui se humiliauerit, exaltabitur.

Oratio Ecclesiæ.

Propitiare Domine supplicationibus nostris,
& animarum nostrarū medere languoribus: ut
remissione percepta, in tua semper benedictione
laetemur. Per Dominum nostrum I E S U M
Christum filium tuum.

Feria IIII. post Dom. Reminiscere.

S V M M A R I V M. • Precatio proponitur Mara-
dochai, qui pro se et populo contra Tyrannicā pera-
secutionem

EPISTOLA ET EVANGEL.

secutionem Aman sollicitè orat in captiuitate. Hinc paulo post accidit uindice Deo , ut Aman infameam inciderit, quā Iudeis pararat. Prior Euangeli pars nos admonet Dominicæ Passionis, quam Christus i p se suis predixit: pars altera petitionem refutat ambitiosam filiorum Zebedei, ex exemplo Christi humiliis ac ultrò patientis, ab omni ambitione ad sui submissionem ac officiosam modestiam reuocat sua perbos; precipue presides.

Lectio Esther XIII.

IN diebus illis, Mardochæus deprecas-
tus est Dominum , memor omnium
operum eius, & dixit: Domine Domine
Rex omnipotens: in dictione em̄ tua cun-
cta sunt posita , & N O N E S T qui
possit tuæ resistere uoluntati, si decreuer-
ris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & ter-
ram , & quicquid cœli ambitu contine-
tur : Dominus omnium es , nec est qui
resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti , &
scis quia non pro superbia & contume-
lia , & aliqua gloriæ cupiditate fecerim
hoc, ut non adorarem Aman superbissi-
mum.

mūm : Libenter enim pro salute Isræl etiam uestigia pedum eius deosculari paratus essem : sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem , & ne quenquam adorarē excepto Deo meo . Et nunc Domine Rex Deus Abraham , miserere populi tui , quia uolunt nos inimici nostri perdere , & hæreditatem tuā delere . Ne despicias partem tuam , quā redemisti tibi de Aegypto . Exaudi deprecationem meam , et propitius esto soriti & funiculo tuo , & conuerte luctum nostrum in gaudium , ut uiuentes laudemus nomen tuum Domine & ne claudas orate canentium , Domine Deus noster .

EvangeliuM Matth. XX.

IN illo tempore , Ascendens IESVS Hierosolymam , assumpsit duodecimi discipulos suos secretò , & ait illis : Ecce ascendimus Hierosolymam , & filius hominis tradetur principibus sacerdotum

EPISTOLA ET EVANGELIUM
tum & scribis, & condemnabunt eum
morte, & tradent eum gentibus ad illu-
dendum, et flagellandum, et crucifigen-
dum: et tertia die resurget. Tunc access-
sit ad eum mater filiorum Zebedæi cum
filiis suis, adorans & petens aliquid ab
eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic
ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dex-
teram tuam, & unus ad sinistram in reg-
no tuo. Respondens autem IESVS,
dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bi-
bere Calicem quem ego biberus sum?
Dicunt ei: Possumus. Ait illis, Calicem
quidem meum bibetis: sedere autem ad
dexteram meam & sinistram, non est
meum dare uobis, sed quibus paratum
est à Patre meo. Et audientes decem in-
dignati sunt de duobus fratribus. I E-
SVS autem uocauit eos ad se, & ait: Scis
quis quia principes gentium dominantur
eorum, & qui maiores sunt, potestatem
exercent in eos. Non ita erit inter uos;
sed QVICVNQVE uoluerit inter uos,
maior fieri, sit uester minister. Et qui au-
luerit

luerit inter uos primus esse , erit uester seruus : sicut filius hominis nō uenit ministrari sed ministrare , & dare animam suam in redemptionem pro multis.

Oratio Ecclesiæ.

Populum tuum, quæsumus, Domine proprie-
tius respice : & quos ab escis carnalibus præcio-
pis abstinere, à noxijs quoq; uitij; cessare con-
cede. Per Dominum nostrum I E S V M Christo-
stum filium tuum.

Feria V. post Dom. Reminiscere.

S V M M A R I V M. Quām sit periculorum hor-
rorū fidere, quām securum item in Deo sperare, docet
Ieremias : Et addit , nihil in nobis esse quod Deus nō
tum perspiciat tum iudicet. Euangelium diuitem ex-
hibet epulonem , qui cūm nimium sibi . suisq; opib;us
fideret , ac causam Lazari mendici inhumaniter
negligeret , breues uoluptates cum eternis ignibus
commutauit. Contra uero patiens Lazarus ex mis-
sera uita in requiem dulcissimam per angelos mea-
ruit deportari.

Lectio Hierem. XVII.

HAEC dicit Dñs DEVS MALE-
DICTVS homo q;cōfidit in ho-
mine

EPISTOLA ET EVANGEL.

mine, & ponit carnem brachium suum,
& à Domino recedit cor eius. Erit enim
quasi myricæ in deserto, & non uidebit
cùm uenerit bonum; sed habitabit in sic-
citate in deserto, in terra salsuginis & in-
habitabili. Benedictus uir qui confidit in
Domino, & erit Dominus fiducia eius:
& erit quasi lignum quod transplantas-
etur super aquas, quod ad humorem mit-
tit radices suas, & non timiebit cùm ue-
nerit aestus: & erit folium eius uiride &
in tempore siccitatis non erit sollicitum,
nec aliquando definet facere fructum.
P R A V V M est cor hominis, & inscrutabile:
Quis cognoscet illud? E G O
D O M I N U S scrutans cor & pro-
bans renes, qui D O V N I C V I Q V E
iuxta uitam suam, & iuxta fructum adin-
ventionum suarum.

Euangelium Lucae XVI.

IN illo tempore, Dixit IESVS disci-
pulis suis parabolam hanc: Homo
quidam erat diuēs qui induebatur pura-

pura & byfso , & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus , qui iacebat ad ianuam eius , ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabant. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur medicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est aut & diues : & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius , & ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei , & mitte Lazarum ut intingat extrellum digiti sui in aquam , ut refrigere linguam meam , quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. FILI, RECORDARE, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc aut hic consolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est , ut hi qui uolunt hinc transfere ad uos, non possint: neque inde huc

K

transmeas.

EPISTOLA ET EVANGEL.

transmeare: Et ait: Rogo ergo te pater, ut
mittas eū in domū patris mei. Habeo cī
quinqꝫ fratres, ut testetur illis, ne & ipsi
ueniāt in hunc locū tormentorū. Et ait
illi Abrahā: Habēt Moysen & Prophe-
tas, audiāt illos. At ille dixit: Non, pater
Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad
eos, poenitentiam agent. Ait autē illi: S I
M O Y S E N & Prophetas non audi-
unt, neqꝫ si quis ex mortuis resurrexerit,
credent.

Oratio Ecclesia.

Præsta nobis, quæsumus, Domine auxiliū
gratiæ tuæ, ut leiuñs & orationibus conuenias
enter intenti, liberemur ab hostib[us] mentis &
corporis. Per Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Feria VI. post Dom. - Reminiscere.

S V M M A R I V M. Historia est de Ioseph exo-
so fratribus in qua tanqꝫ in tabula typus ostenditur
innocentis Christi à Iudeis tam iniquè quā inuidē aca-
cepti reieciqꝫ, sicut mox declarat Euāngelica pa-
rabola de uine & colōis crudelissimis, qui meritus quoqꝫ
tante immanitatis pœnas luituri sunt sicut ipſi ore
proprio, quāvis ignorantes, in Euāngelio profitetur.

Lectio

IN diebus illis, Dixit Ioseph fratribus suis: Audite somnium meum quod uidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, uel trorsq; manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius, Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuae? Hæc ergo causa somniorum atq; sermnum, inuidiae & odij somniorum ministrauit. Aliud quoq; uidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnum, quasi solem & lunam & stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi uult hoc somnium quod uidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui, pater uero rem tacitus considerabat, Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum

K 2 Israel:

EPISTOLA ET EVANGEL.

Israel; Fratres tui pascunt oves in Sichi-
mis; ueni, mittam te ad eos. Quo respon-
dente, Præsto sum, ait: Vade, & uide si
cuncta prospera sint erga fratres tuos &
pecora, & renuncia mihi quid agatur.
Missus de ualle Hebron, uenit in Si-
chem. Inuenitq; eum uir errantem in a-
gro, & interrogauit quid quæreret. At il-
le respondit: Fratres meos quæro, indica
mihi ubi pascant greges. Dixitq; ei uir:
Recesserunt de loco isto: audiuimus autem
eos dicentes, Eamus in Dothain. Perre-
xit itaq; Ioseph post fratres suos, & inue-
nit eos in Dothain. Qui cùm uidissent
eum procul, antequam accederet ad eos,
cogitauerunt illū occidere, & mutuò lo-
quebātur: Ecce somniator uenit, uenite,
occidamus eū, & mittamus in cisternam
ueterem, dicemusq;, Fera pessima deuo-
rauit eum: & tūc apparebit quid illi pro-
sint somnia sua. Audiens autē hoc Ru-
ben, nitebatur liberare eum de manibus
eorum, & dicebat: Non interficiamus
animam eius, nec effundamus sanguि-
nem,

nem, sed proīcite eum in cisternam ueterem quæ est in solitudine, manusq; uestræ seruate innoxias. Hoc autem dicebat, uolens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

Euangelium Mattb. XXI.

MIllio tempore, dixit I E S V S discipulis suis & turbis Iudæorum parabolam hanc: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circuns dedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. Cùm autē tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ appræhensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem uidentes filium, dixerunt intra se, Hic est hæres,

K 3 uenite

EPISTOLA ET EVANGEL.

uenite, occidam⁹ eū, et habebim⁹ h̄eredita-
tē eius. Et appr̄ahensū eū eiecerunt extra
uineām, & occiderunt. Cū ergo uene-
rit Dominus uineāe, quid faciet agricolis
illis : Aiunt illi : Malos male perdet, &
uineam suam locabit alijs agricolis, qui
reddant ei fructum temporibus suis. Di-
cit illis I E S V S : Nunquām legistis in
scripturis : Lapidem quem reprobaue-
runt ædificantes, hic factus est in caput
anguli : A Domino factum est istud, &
est mirabile in oculis nostris : Ideò dico
vobis, quia AV FERET VRÀ uos
bi^s regnum Dei, & dabitur genti facien-
ti fructus eius. Et qui ceciderit super la-
pidem istum, confringetur : super quem
uerò ceciderit, conteret eum. Et cùm au-
dissent principes sacerdotum & Phári-
sæi parabolas eius, cognouerunt quod
de ipsis diceret. Et quærentes eū tenere,
timuerunt turbas, quoniam sicut Prophé-
tam eum habebant.

Oratio Ecclesiæ.

Da

Da quæsumus omnipotens Deus, ut sacro
nos purificante ieiunio, synceris mentibus ad
sancta uentura facias peruenire. Per Dominum
nostrum IESVM Christum filium tuum.

Sabbato post Domi. Reminiscere.

S V M M A R I V M. Narratur historia de Ia-
cob, qui à matre subornatus, fratri præripuerit pa-
ternam benedictionem, & ab illo ius primogeniture
ad se transfluerit. Euangelium est de filio prodigo,
qui pœnitentiæ clarissimum exemplum & fructum
eius insigne exhibit. Insuper ostendit hæc para-
bola sub imagine duorum fratrum, & Iudaicum &
gentilem populum, et si ab uno Deo conditum, studijs
tamen inter se disparem fuisse, ac Iudeos quidē gen-
tibus conuersis inuidisse. Sicut autem illuc æquatur
Jacob, imò præfertur Esau fratri seniori, ita hic cō-
muni gaudij causam non minus præbet resipiscens
prodigus, qui in alter eius senior licet melior uidea-
tur, germanus.

Lectio Genesis XXVII.

I N diebus illis, Dixit Rebecca filio suo
Iacob: Audiui patrem tuum loquen-
tem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei:

K 4 Adfer

EPISTOLA ET EVANGEL.

Adfer mihi de uenatione tua , & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis : & pergens ad gregem, adfer mihi duos hodus optimos, ut faciam ex eis escas patrituo, quibus libeter uescitur. Quas cum intuleris, et comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nostis quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis . Si attractauerit me pater meus, & senserit , timeo ne putet me sibi uoluisse illudere, et inducat super me malledictionem pro benedictione. Ad quem mater : In me sit , ait , ista maledictio filii mi, tantum audi uocem meam, & pergens adfer quae dixi. Abiit & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos , sicut uelle nō uerat patrem illius, & uestibus Esau ualde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hoedorum circum, dedit manibus , & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coixerat, tradidit. Quibus illatis, dixit : Partem,

ter mi. At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comedere de uenatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rursumq; Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam citò inuenire posuisti fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, ut citò occurreret mihi quod uolebam. Dixitq; Isaac: Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus Esau sunt. Et nō cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau: Respondit, Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de uenatione tua fili mi, ut benedicit tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam uinum. Quo bausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit,

K 5 & oscu-

EPISTOLA ET EVANGELI

& osculatus est eum: statimq; ut sensit
vestimentorum illius fragrantiam, be-
nedicens illi, ait: E C C E odor filij mei
sicut odor agri pleni, cui benedixit Do-
minus. Det tibi Deus de rore cœli, & de
pinguedine terræ, abundantia frumenti
& uini & olei, & seruant tibi populi, &
adoren te tribus. Esto Dominus fratri
tuorum, & in curuentur ante te filij ma-
tris tuæ. Q V I maledixerit tibi, sit ille
maledictus: & qui benedixerit tibi, be-
nedictionibus repleatur. Vix Isaac ser-
monem impleuerat, & egresso Iacob fo-
ras, uenit Esau, coctosq; de uenatione
cibos intulit patri, dicens: Surge patet
mi, & comedere de uenatione filij tui, ut
benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi
Isaac: Quis enim estu: Qui respondit:
Ego sum filius tuus primogenitus Esau.
Expauit Isaac stupore uehementi, & ul-
trâ quā credi potest, admirans, ait: Quis
igitur ille est, qui dudum captam uena-
tionem attulit mihi, & comedì ex omni-
bus priusquam tu uenires: Benedixiq;
ei, &

ei; & erit benedictus. Auditis Esau seru-
monibus patris, irruerunt clamore magno,
& consternatus, ait: Benedic etiam &
mihi pater mihi. Qui ait: Venit germanus
tutus fraudulenter, & accepit benedictionem
nem tuam. At ille subiunxit: Iustè uocatum
est nomen eius, Jacob. Supplan-
tauit enim me, en altera uice. Primoge-
nita mea ante tulit, & nunc secundo sur-
ripuit benedictionem meam. Rursumque ad
patrem: Numquid non reseruasti, ait, & mis-
hi benedictionem: Respondit Isaac: Do-
minum tuum illum constitui, & omnes fra-
tres eius seruituti illius subiugauit. Frumento
& uino & oleo stabiliui eum, & tibi post
haec fili mi ultra quid faciam? Cui Esau:
Num unam, inquit, tantum benedictionem
nem habes pater? Mihi quoque, obsecro,
ut benedicas. Cumque eiulatu magno fle-
ret, motus Isaac, dixit ad eum: In pingue-
dine terrae, & in rore cœli desuper erit be-
nedictio tua.

Euangelium Lucae XV.

In illo

EPISTOLA ET EVANGEL.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc : Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patrī; Pater, da mihi portionē substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et post non multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquā : & ibi dissipauit substantiam suam, uiuendo luxuriose. Et postquam omnia cōsummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse coepit egere. Et abiit, & adhæsit uni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentre suum de filiis, quas porci manducabant : & nemo illi dabat. In se autē reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam, et ibo ad patrem meum, & dicam ei: P A T E R,
P E C C A V I in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis.
Et sur-

Et surgens, uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est. Et accurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eū. Dixitq; ei filius: Pater, peccauī in cōlum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum in manū eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite uitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & EPVLEMVR, quia hic FILIVS meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cōperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cū ueniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorū. Et uocauit unum de seruis, & interrogauit, quid hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: & nolebat intrare. Pater ergo illius egressus, cōpī
rogare

EPISTOLA ET EVANGEL.

rogare illum. At ille respondens , dixit patri suo : Ecce tot annis seruo tibi , & nunquam mandatum tuum præteriui , & nunquam dedisti mihi hœdum , ut cum amicis meis epularer . Sed postquam fisiustus hic , qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus , uenit , occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi : Fili , tu semper mecum es , & omnia mea tua sunt. E P V L A R I autem & gaudere oportebat , quia frater tuus hic , niger erat , & reuixit ; perierat , & inuenitus est.

Oratio Ecclesiæ.

Da quæsumus Domine nostris effectum ieiunij salutarem ; ut castigatio carnis assumptæ ad nostrarum uestigationem transeat animarum. Per Dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum.

Dominica III. (quæ Oculi dicta) in Quadragesima.

S U M M A R I U M . Quād pulchrē temporī feruit hæc Pauli commonitio , ut Dei lucifèr filios , Christum

Christum imitando praestemus, alieni praesertim cfa-
ctis in honestis, & obscenis scutisq; colloquijs, quibus
mundus delectatur, ac Deus offenditur. Lingua etia-
tum grauiissimum est blasphemia, quod Euangeliu[m]
in Pharisæis offendit. Hi multis rationibus consua-
tamur a Christo, ut eius miracula in profigandis de-
mocib[us] ritè, diuinaque virtute facta intelligentur.
Verus lingue usus est cum muliere confiteri & lau-
dare Christum, eiusq; sanctos, recte item sentire a clo-
qui de omni ueritate in Ecclesia. Sed neque istud satis,
ni uerbum Dei & audias, & custodias.

Epiſtola Ephes. V.

Fratres, Estote imitatores Dei, sicut
filii charissimi, & ambulate in dilec-
tione, sicut & Christus dilexit nos, &
tradidit semetipsum pro nobis oblatio-
nem & hostiam Deo, & in odorē suauis-
tatis. Fornicatio autem & omnis immun-
ditia, aut auaritia, nec nominetur in uo-
bis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut
stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad
rem non pertinet, sed magis gratiarum
actio. Hoc enim sciente intelligentes,
quod

EPISTOLA ET EVANGEL.

rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Eccè tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdum, ut cùm amicis meis epularer. Sed postquam si, liustus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. E P V L A R I autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mors eius erat, & reuixit: perierat, & inuenitus est.

Oratio Ecclesiæ.

Da quæsumus Domine nostris effectum ieiunij salutarem; ut castigatio carnis assumpta, ad nostrarum uegetationem transeat animas rum. Per Dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum.

Dominica III. (quæ Oculi dicta) in Quadragesima.

S U M M A R I V M. Quād pulchrē tempori
fuit hec Pauli commonitio, ut Dei lucifugos filios,
Christum

Christum imitando præstemus, alieni præsertim & fas-
ctis in honestis, & obscenis scutisq; colloquijs, quibus
mundus delectatur, ac Deus offenditur. Lingue uia-
tium grauißimum est blasphemia, quod Euangelium
in Pharisæis offendit. Hi multis rationibus confu-
tamur a Christo, ut eius miracula in profligandis dea-
moribus rite, diuinaq; virtute facta intelligantur.
Verus lingue uetus est cum muliere confiteri & lau-
dare Christum, eiusq; sanctos, recte item sentire ac lo-
qui de omni ueritate in Ecclesia. Sed neq; istud satis,
ni uerbum Dei & audias, & custodias.

Epiſtola Ephes. V.

Fratres, Estote imitatores Dei, sicut
filij charissimi, & ambulate in dilec-
tione, sicut & Christus dilexit nos, &
tradidit semetipsum pro nobis oblatio-
nem & hostiam Deo, & in odorē suauis-
tatis. Fornicatio autē & omnīs immun-
ditia, aut auaritia, nec nominetur in uos-
bis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut
stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad
rem non pertinet, sed magis gratiarum
actio. Hoc enim scitote intelligentes,
quod

EPISTOLA ET EVANGEL,
quod OMNIS fornicator, aut immunitus,
aut avarus, quod est idolorum seruitus,
non habet hereditatem in regno
Christi & Dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter haec enim uenit
ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim
aliquando tenebrae, nunc autem lux in
Domino. V T F I L I I lucis ambulate.
Fructus enim lucis est in omni bonitate,
& iustitia, & ueritate.

Euangelium Lucæ XI.

IN illo tempore, Erat IESVS ejcens dæmonium: & illud erat mutum. Et cum eieisset dæmonium, loquitus est mutus: et admirata sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse aut ut uidit cogitationes eoru, dixit eis: Omne regnum in se ipsum diuisum, desolabitur: & dominus supra domum cadet. Si autem & satanas

thanas in seipsum diuisus est, quomodo
 stabit regnum eius, quia dicitis in Beel-
 zebub me enjcere dæmonia: Si autem
 ego in Beelzebub enjcio dæmonia, filij
 uestrí in quo enjciunt: Idèò ipsi iudices
 uestrí erunt, Porrò si in digito Dei enjcio
 dæmonia, profectò PER VENIT
 in uos regnū Dei. Cū fortis armatus cu-
 stodit atriuū suū, in pace sunt omnia quæ
 possidet. Si aut̄ fortior eo superueniens
 uicerit eū: uniuersa arma eius auferet, in
 quibus confidebat, & spolia eius distri-
 buet. QVI NON est mecum, cōtra me
 est: & qui nō colligit mecum, dispergit.
 Cū immundus spiritus exierit de homi-
 ne, ambulat per loca inaquosa, quærens
 requiem: & nō inueniens, dicit: Reuer-
 tar in domum meam unde exiui. Et cùm
 uenerit, inuenit eam scopis mundatam,
 & ornatam. Tunc uadit, & adsumit
 septem alios spiritus secum, nequiores
 se: & ingressi, habitant ibi. Et FIVNT
 nouissima hominis illius, peiora prio-
 ribus. Factum est autem, cùm hæc

L diceret,

EPISTOLA ET EVANGELI

diceret , extollens uocem quædam mu-
lier de turba , dixit illi : BEATVS uen-
ter qui te portauit , & ubera quæ suxisti.
At ille dixit : Quinimò , B E A T I qui
audiunt uerbum Dei , & custodiunt
illud.

Oratio Ecclesiæ.

Quæsumus omnipotens Deus , uota humi-
lium respice: atq; ad defensionem nostram dex-
teram tuæ maiestatis extende. Per dominum
nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Feria II. post Domini. Oculi.

S V M M A R I V M . Historia sequitur , quam ~~¶~~
Christus in Euangeliō repetit , de Naaman Sy-
ro leproso. Is obediens per Eliseum curatur in
Iordanis aqua : curatus gratum sese exhibit ac fide-
lem. Contra uero Pharisei ac Nazarenitò Christi
miraculis nihil mouemur , & audita ueritate fiue
etiam deteriores , adeò ut dominum ueluti de monte
precipitem dare.

Lectio IIII. Regum V.

In die

IN diebus illis, Naaman princeps milii
titæ regis Syriæ, erat vir magnus apud
dominum suum, & honoratus. **P E R I L.**
L V M enim dedit Dominus salutem
Syriæ. Erat autem vir fortis & diues, sed
leprosus. Porro de Syria egressi fuerant
latrunculi, & captiuam duxerant de terra
Israel puellam parvulam, quae erat in
obsequio uxoris Naaman. Quæ ait ad
dominum suam: Utinam fuisset dominus
meus ad Prophetam, qui est in Samaria;
profecto curasset eum à lepra quam habet.
Ingressus est itaque Naaman ad domi-
num suum, & nunciauit ei, dicens: Sic & sic
loquuta est puella de terra Israel. Dixitque
ei rex Syriæ: Vade, & mittâ literas ad re-
gem Israel. Qui cum profectus esset, &
tulisset secum decem talenta argenti, &
sex millia aureos, & decem mutatoria
uestimentorum, detulit literas ad regem
Israel in hæc uerba: Cùm acceperis epis-
tolam hanc, scito quod miserim ad te
Naaman seruum meum, ut cures eum à lepra
sua. Cūque legisset rex Israel literas, scidit

L 2 uestimenta

EPISTOLA ET EVANGEL.

uestimenta sua , & ait: Nunquid Deus
ego sum, ut occidere possim, & uiuifica-
re: quia iste misit ad me, ut curem homi-
nem à lepra sua ? Animaduertite & uis-
tete, quod occasiones querat aduersum
me. Quod cum audisset Elisæus vir
Dei, scidisse uidelicet regem Israel uesti-
menta sua, misit ad eum, dicens: Quarè
scidisti uestimenta tua ? Veniat ad me,
& sciatur esse Prophetam in Israel. Venit
ergo Naaman cum equis & curribus, &
stetit ad ostium domus Elisæus. Misitque
ad eum Elisæus nuncium, dicens: Vade
& lauare septies in Iordanе , & recipiet
sanitatem caro tua , atque mundaberis.
Iratus Naaman, recedebat, dicens: Pu-
tabam quod egredieretur ad me, & stans
inuocaret nomen Domini Dei sui, &
tangeret manu sua locum lepræ , & cu-
raret me. Nunquid non meliores sunt
Amanus, & Pharpar fluuij Damasci
omnibus aquis Israel, ut lauer in eis, &
mundetur? Cum ergo uertisset se, & abi-
ret indignans, accesserunt ad eum serui
sui, &

DOMIN. III. IN Q. VAD RAG. 85
sui, & locuti sunt ei : Pater, & si rem
grandem dixisset tibi Propheta, certe
facere debueras : quanto magis, quia
nunc dixit tibi, lauare & mundaberis.
Descendit, & lauit in Iordanē septies,
iuxta sermonem viri Dei. Et restituta
est caro eius, sicut caro pueri paruuli, &
mundatus est. Reuersusq; ad uirum
Dei cum uniuerso comitatu suo, uenit,
& stetit coram eo, & ait : Verè scio quod
non sit Deus in uniuersa terra, nisi tan
tum in Israel.

Euangelium Lucæ III.

IN illo tempore, Dixerunt Pharisei
ad Iesum, Quanta audiuimus facta in
Capharnaum, fac & hic in patria tua.
Ait autem : Amen dico uobis, quia ne
mo Propheta acceptus est in patria sua:
In ueritate dico uobis, multæ uiduae erât
in diebus Eliæ in Israel, quando clau
sum est coelum annis tribus & mensibus
sex, cum facta esset famæ magna in om

L 3 nî terra

EPISTOLA ET EVANGEL.

nī terra , & ad nullam illarum missus est Elias , nisi in Sarepta Sidonis , ad mulierem uiduam . Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta , & nemo eorum mundatus est , nisi Naaman Syrus . Et repleti sunt omnes in synagoga ira , hæc audientes . Et surrexerunt , & eiecerunt illum extra ciuitatem , & duxerūt illum usq; ad supercilium montis , super quem ciuitas illorum erat ædificata , ut præcipitarent eum . Ipse autem transiens , per medium illorum ibat .

Oratio Ecclesiæ.

Cordibus nostris , quæsumus Domine , grāiam tuam benignus infunde : ut sicut ab escis corporalibus abstinemus , ita sensus quoq; nostros à noxijs retrahamus excessibus . Per dominum nostrum Iesum Christū filium tuū .

Feria III. post Domi. Oculi.

S V M M A R I V M . Historia est de propheta Eliseo ex paupere uidua , quam ære alieno grauata ille per miraculum liberat , ita ut ex es alienum improbis creditoribus dissolueret , ex filiis uidua nullum i seruitute periculum esset . In Euangelio prius mūnde

mum de correptione fraterna rite instituenda dissertit Christus: deinde Ecclesie & eorum qui Ecclesie praesunt authoritatem ac potestatem incomparabilem sancit, postremo concordie Christiane umculo confirmato, fraternalm requirit ignorantiam.

Lectio IIII. Reg. IIII.

IN diebus illis, Mulier quædam clama bat ad Eliseum , dicens : Seruus tuus uir meus mortuus est , & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Dominum. Et ecce creditor uenit , ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dicit Eliseus : Quid uis ut faciam tibi ? Dic mihi , quid habes in domo tua ? At illa respondit : Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo ungari. Cui ait: Vade, pete mutuò ab omnibus uiciniis tuis uasa uacua non pauca: & ingredere, et claude ostium tuum cum intrinsecus fueris tu & filii tui , & mitte inde in omnia uasa hæc , & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se & super filios suos . Illi

L 4 offerebant

EPISTOLA ET EVANGELI.

offerebant uasa, & illa infundebat. Cumque plena fuissent uasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc uas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, uende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filii tui uiuiste de reliquo.

Euangelium Matth. XVIII.

IN illo tempore, Respiciens IESVS in discipulos suos, dixit Simonis Petrus, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum folium. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omnifuerum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, SIT TIBI sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunque aliqui gaueritis super terram, erunt ligata & in celo: & quæcunque solueritis super terram,

tam, erunt soluta & in cœlo, Iterū di-
co uobis, quia si duo ex uobis consense-
rint super terram de omni re quamcunq;
petierint, fiet illis à patre meo qui in cœ-
lis est. VB I enim SVNT duo uel tres
congregati in nomine meo, ibi sum in
medio eorum. Tunc accedens Petrus ad
eum, dixit : Domine, quoties peccabit
in me frater meus, & dimittam ei, usq;
septies ? Dicit illi IESVS: Non dico
tibi usq; septies, sed usq; septuagies ses-
pties.

Oratio Ecclesiae.

Exaudi nos omnipotens & misericors De-
us: & continentiae salutaris propitius nobis
dona concede. Per Dominum nostrum IESU
SVM Christum filium tuum.

Feria IIII. post Dom. Oculi.

S V M M A R I V M. Publicamur precepta secundæ tabule: Ut uocant Sacri Theologi: que sunt in Decalogo, et adiuncta est pars historie terrificæ que veteri Legi suam conciliat authoritatem apud Israëlitas. Euangeliū ostendit abusum Iudeorum, presertim Phariseorum, qui Dei preceptis relictis,

L 5 alia

EPISTOLA ET EVANGELI

alia etiam cum lege pugnantia sectareniur, cultumq;
Deo externum hypocritarum more, non internum,
prestarent. Confirmatur preceptum de honorandis
parentibus. Et scandalum quorundam conuenientium
nobis indicatur, et que conscientia uerè commaculent
uitia, ostenditur.

Obserua interim, aliud esse Traditiones Apostoli
cas et Ecclesiasticas, que seruanda docentur. Act. 15.
2. Cor. 11. 2. Theß. 2. Luc. 10. aliud Traditiones Pha-
risaicas hoc est impias et superstitiosas, que improban-
tur hic, et Mar. 7. ad Colloß. 2. Tit. 1. et ad Gal. 3.
Preterea cum audis, Quod intrat mos, non coinq-
nat hominem, caue ne putas hoc dicto labefactari
Christianam institutionem et obseruationem de præ-
scriptis ieiuniis. Per se quidē et natura cibus nec ima-
mūdus est, nec animā humanā impurat, ut heretici quē
dā putauerunt: sed cibi usus contra preceptū ecclesie,
vitiat conscientiā, et Deū offendit. Exēplo sunt Adā,
Esau, diues epula, ceteriq; cōtra preceptū Dei et Eg-
clesiae cibis utentes. Vnde Apostolus. Bonū est nō mā-
ducare carnē, et nō bibere uīnum, neq; in quo frater
tuus offenditur. Et rursus: Si esca scandalizat fratrem
meum, non manducabo carnem in æternum.

Lectio Exodi XX.

HA Ec dicit dominus DEVS: Hos
nora patrem tuum & matrem tu-
am, ut

am, ut sis longæus super terram, quantum dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Cunctus autem populus uidebat uoces & lampades, & sonitum buccinæ, montemq; fumanum: & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere. Ut enim probaret uos, uenit Deus, & ut terror illius esset in uobis, & non peccaretis. Stetitq; populus de longe. Moyses autem accersit ad caliginem in qua erat Deus: Dixit præterea dominus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Vos uidiistis, quod de cœlo locutus sim uobis: Non facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos.

EPISTOLAE ET EVANGEL.

aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica uestra, oves uestras & boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.

Euangelium Matth. XV.

IN illo tempore, Accesserunt ad IESVM ab Hierosolymis scribae & Pharisei, dicentes: Quarè discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum: Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & uos transgreditini mandatum Dei propter traditionem uestram: Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem, & , Qui male dixerit patri uel matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri uel matri, munus quocunque est ex te*tibi* proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & ieritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram. Hypocritæ, bene prophes-

prophetauit de uobis Isaías , dicens : Populus hīc labijs me honorat , cor autem eorum longē est à me . Sine causa autem colunt me , docentes doctrinas & mandata hominum . Et conuocatis ad se turbis , dixit eis : Audite & intelligite : Non quod intrat in os coinquinat hominem : sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem . Tunc accedentes discipuli eius , dixerunt ei : Scis quia Pharisæi audito uerbo hoc , scandalizati sunt ? At ille respondens , ait : O M^g N I S plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur . Sinite illos : cœci sunt & duces cœcorum , Cœcus autem si cœco ducatum præstet , ambo in foueam cadent . Respondens autem Petrus , dixit ei : Edissere nobis parabolā istam . At ille dixit : Adhuc & uos sine intellectu estis : Nō intelligitis , quia omne quod in os intrat in uentrē uadit , & in secundum emittitur : Quæ autē procedunt de ore de corde exeunt , & ea coinquiant hominē . De corde enim exeunt cogit

EPISTOLA ET EVANGEL.

cogitationes malæ, homicidia, adulteria,
fornicationes, furta, falsa testimonía, blasphemiae. Hæc sunt quæ coinquian^t hominem. Non lotis autem manib^s mansudare non coinquiat hominem.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta nobis quæsumus Domine ut salutari
ribus ieiunij, eruditij, à noxijs quodque uitij abs
stinentes propitiationem tuam facilius impes
tremus. Per Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Feria V. post Dom. Ocul.

S V M M A R I V M. Hieremias reuocat homines ab idolatria et uana spe solius cultus externi, et docet in spiritu, et ueritate Deum querere, et benefactis promarerⁱ. Sicut multa Christi benefacta sentiuntur in Euangeli^o: Rogatus enim curat Petri socrum fabricitantem: non rogatus omnibus omnium qui adducuntur morbis medetur, expellit dæmones, pa^{ssim} Euangelizat. Hoc est quod Petrus ait de Christo, Per transiit beneficiendo et sanando omnes oppressos a Diabolo.

Lectio Hieremae VII.

In die

IN diebus illis , Factum est uerbum Domini ad me dicens : Sta in porta domus Domini , & prædicta ibi uerbum istud , & dic : Audite uerbum Domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has ut adoretis Dominum . Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Bos nas facite uias uestras & studia uestra , & habitabo uobiscum in loco isto . Nolite confidere in uerbis mendacijs , dicentes : Templum domini , templum domini , templum domini est . Quoniam si bene direxeritis uias uestras & studia uestra , si feceritis iudicium inter virum & proximum eius , aduenæ & pupillo & uiduæ non feceritis calumniam , nec fanguinem innocentem effuderitis in loco hoc , & post deos alienos non ambulaueritis in malum uobis meti ipsis : habitabo uobis cum in loco isto , in terra quam dedi patribus uestris , à seculo & usq; in seculum , ait Dominus omnipotens .

Evangeliū Lucae IIII.

In illa

EPISTOLA ET EVANGELIUM

IN illo tempore, Surgens I E S V S de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus : & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam : & continuò surgens ministrabat illis. Cùm sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus ducebant illos ad eum : at ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia quia tu es filius Dei: & increpans, non finebat ea loqui, quia sciebāt ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerunt usque ad ipsum : & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait : Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei , quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Oratio Ecclesiæ.

Subiectus

Subiectum tibi populum quæsumus Domine
ne propiciatio coelestis amplificet : & cuius semper faciat seruire mandatis. Per dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Feria VI. post Dom. Oculi.

SUMMARIUM. Docet haec historia Iudeos, et si rebelles & murmurantes in deserto, tamen ex petra per Moysen refectos aqua fuisse, & Moysen itidem una cum Aarone dubitando peccasse. Iam confer ex Euangelio Samaritanæ fidem cum illorum incredulitate. Credit mulier ex uno colloquio, quod ad puteum cum Christo habuit de Messia, suæq; fidei imitacrem mox facit toam ciuitatem Samaritanorum. Adeò gentes non cedunt Iudeis, postremi quidem uocatione, sed fidei & pietatis ardore primi.

Lectione Numerorum XX.

IN diebus illis, Conuenerūt filij Israël aduersum Moysen & Aaron, & uersi in seditionē, dixerunt: Utinā perīssimus inter fratres nostros corā Domino. Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem ut & nos & nostra iumenta moriamur : Quarē nos fecistis adscenderede M Aegypto,

EPISTOLAE ET EVANGELIA.

Aegypto , & eduxit̄is in locum istum
pessimum , qui seri non potest , qui nec
ficum gignit̄ , nec uineas , nec malogra-
nata , insuper & aquam non habet ad bi-
bendum : Ingressusq; Moyses & Aaron
dimissa multitudine in tabernaculum
fœderis corruerunt proni in terram , cla-
maueruntq; ad Dominum , atquè dixe-
runt : Domine Deus audi clamorem
huius populi , & aperi eis thesaurum tu-
um fontem aquæ uiuæ , ut satiati cesseret
murmuratio eorum . Et apparuit gloria
Domini super eos . Locutusq; est Domi-
nus ad Moysen , dicens : Tolle uirgam
& congrega populum tu & Aaron fra-
ter tuus , & loquimini ad petram coram
eis , & illa dabit aquas . Cumq; eduxeris
aquam de petra bibet omnis multitudo ,
& iumenta eius . Tulit igitur Moyses uir-
gam quæ erat in conspectu Domini , si-
cūt præceperat ei , congregata multitudi-
ne ante petram . Dixitq; eis : Audite re-
belles & increduli : Num de petra hac
uobis aquam poterimus ejscere : Cumq;
eleuasset

eleuasset Moyses manum percutiens uirgo
ga bis silicem, egressæ sunt aquæ largis
simæ, ita ut populus biberet & iumenta.
Dixitq; Dominus ad Moysen & Aarō:
Quia non credidistis mihi, ut sanctifica-
retis me coram filijs Israel, non introdu-
cetis hos populos in terram quam dabo
eis. Hæc est aqua contradictionis, ubi
iurgati sunt filij Israel cōtra Dominum,
& sanctificatus est in eis.

Euangelium Ioan. IIII.

IN illo tempore, Venit I E S V S in
ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Si-
chem, iuxta prædium quod dedit Iacob
Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob.
IESVS autem fatigatus ex itinere, sede-
bat sic supra fontem. Hora autem erat
quasi sexta. Venit autē mulier de Samaria
haurire aquam. Dicit ei I E S V S: Da
mihi bibere (Discipuli enim eius abierāt
in ciuitatem, ut cibos emerent) Dicit er-
go ei mulier illa Samaritana: Quomo-
do tu, Iudeus quum sis, bibere à me po-

M. 2 scis, quæ

EPISTOLA ET EVANGEL.

scis, quæ sum mulier Samaritana: non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit I E S V S , & dixit ei : Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier : Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis putoeum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius: Respondit I E S V S , & dixit ei : Omnis qui bibit ex aqua hac siti, et iterum : QVI autem LIBERIT ex aqua quam ego dabo ei non sitiēt in aeternum : sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit ad eum mulier : Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiām, neq; ueniam huc haurire. Dicit ei I E S V S : Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit : Non habeo virum. Dicit ei IESVS : Bene dixisti quia non habeo virum : quinq; enim viros habui.

habuisti , & nunc quem habes non est.
 tuus uir: hoc uerè dixisti. Dicit ei mulier:
 Domine , uideo quia Propheta es tu.
 Patres nostri in monte hoc adoraue-
 runt , & uos dicitis quia Hierosolymis
 est locus ubi adorare oportet. Dicit ei IE.
 SVS : Mulier crede mihi quia ueniet
 hora quando neç in monte hoc, neç in
 Hierosolymis adorabitis patrem . Vos
 adoratis quod nescitis : nos adoramus
 quod scimus, quia salus ex Iudeo est. Sed
 uenit hora & nunc est, quando ueri ado-
 ratores adorabunt patrem in spiritu &
 ueritate. Nam & pater tales quaerit qui
 adorent eum. SPIRITVS EST
 DEVS : & eos qui adorant eum , in
 spiritu & ueritate oportet adorare . Dis-
 cit ei mulier : Scio quia Messias uen-
 it , qui dicitur Christus . Cùm ergo
 uenerit , ille annunciat nobis omnia.
 Dicit ei IESVS : Ego sum qui loquor
 tecum. Et continuò uenerunt discipuli
 eius , & mirabantur quia cum muliere
 loquebatur : nemo tamen dixit , quid

M 3 quæris,

EPISTOLAE ET EVANGELIA.

quæris , aut quid loqueris cum ea : Re-
liquit ergo hydriam suam mulier , & abiit
in ciuitatem , & dicit illis hominibus : Ve-
nite , & uidete hominem qui dixit mihi
omnia quæcunq; feci : nunquid ipse est
Christus ? Exierunt ergo de ciuitate , &
ueniebant ad eum . Intereà rogabant eū
discipuli , dicentes : Rabbi , manduca . Ille
autem dixit eis : Ego cibum habeo man-
ducare , quem uos nescitis . Dicebant er-
go discipuli ad iuicem : Nunquid ali-
quis attulit ei manducare ? Dicit eis I E-
S V S : M E V S C I B V S E S T , ut
faciam uoluntatem eius qui misit me , ut
perficiam opus eius . Nonne uos dicitis ,
quod adhuc quatuor mēses sunt , & mes-
sis uenit ? Ecce dico uobis , leuate oculos
uestros & uidete regiones quia albæ
sunt iam ad messem . Et qui metit , mer-
cedem accipit , & congregat fructum in
uitem æternam : ut & qui seminat simul
gaudeat : & qui metit : in hoc enim est
uerbum uerum , quia alius est qui semin-
nat , & alius est qui metit . Ego uos mis-
metere

DOMINIC. III. IN QVADRAGI 93
metere quod tr̄os non laborastis : alij la-
borauerunt, & uos in labores eorum in-
troistis. Ex ciuitate autem illa multi cre-
diderunt in eum Samaritanorum , pro-
pter uerbum mulieris testimonium per-
hibentis , Quia dixit mihi omnia quae-
cunq; feci. Cum uenissent ergo ad il-
lum Samaritani, rogauerunt eum ut ibi
maneret . Et mansit ibi duos dies . Et
multo plures crediderunt in eum pro-
pter sermonem eius. Ex mulieri dicebant:
Quia iam non propter tuata loquela-
credimus; ipsi enim audiuimus, et scimus
quia hic est uerè saluator mundi.

Oratio Ecclesiae.

Leiunia nostra quæsumus Domine benigno
fauore prosequere : ut sicut ab aliamentis absti-
nemus in corpore, ita à uitjōs leiunemus in mē-
te. Per Dominum nostrum IESVM Christum
filium tuūm.

Sabbato post Domin. Oculi.

SVM MARI VM. Historia est elegans de
pudica Susanna , que falso adulterij accusata atq;
damnata, Daniele ueritatis testie liberatur. Men-

M 4 daces

EPISTOLA ET EVANGEL,
daces interim testes, impudiciq; senes conuicti iure
plectuntur. Nec male respondet Euangelium, in
quo mulier adulterij accusata, Christum contra Pha=

riseos accipit liberatorem: qui eam sanè tam cle=

menter absolvit, quam prudenter admonet de pœ=

nitentia.

Lectio Danielis XIII.

IN diebus illis, Erat uir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim: & accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis & timen-tem Deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam se- cundum legem Moysi. Erat autem Ioacim diues ualde, & erat ei pomarium ui- cinum domui suæ, & ad ipsum conflue- bant Iudæi, eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus locutus est Dominus, Quia egressa est iniqui- tas de Babylone à senioribus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioacim, & ue- niebant

niebant ad eos omnes qui habebant iūdicia. Cūm autem populus reuertisset per meridiem , ingrediebatur Susan-na , & deambulabat in pomario uiri suī . Et uidebant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem , & exarserunt in concupiscentiam eius , & euerterunt sensum suum , & declinauerunt oculos suos , ut non uiderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iūstorum. Erant ergo ambo uulnerati a more eius, nec indicauerunt sibi uicissim dolorem suum. Erubescabant enim indicare sibi concupiscentiam suam , uolentes concumbere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius uidere eam. Dixitque alter ad alterum : Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi, recesserunt à se. Cumque reuertissent, uenerunt in unum: & sciscitates ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem , cūm obseruarent

M S diem

EPISTOLAE ET EVANGELI

diem aptum, ingressa est aliquandò sicut
heri & nudiustertius, cum duabus solis
puellis, uoluitq; lauari in pomario. Ae-
stus quippe erat, & non erat ibi quis-
quam præter duos senes absconditos, &
contemplantes eam. Dixit ergo puellis:
Adferte mihi oleum & smigmata, &
ostia pomarij claudite, ut lauer. Et fece-
runt sicut præceperat, claueruntq; ostia
pomarij, & egressæ sunt per posticum, ut
adferret quæ iusserat. Nesciebatq; senes
intus esse absconditos. Cùm aut̄ egressæ
essent puellæ, surrexerunt duo senes, &
accurrerunt ad eam, & dixerunt, Ecce
ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos
videt, et nos in cōcupiscentia tui sumus.
Quamobrem assentire nobis, & cōmi-
scere nobiscū. Quod si nolueris, dicemus
contra te testimonium, quod fuerit tecū
iuuenis, & ob hāc causam emiseris puel-
las à te. Ingemuit Susanna, et ait: Angu-
līq; sunt mihi undiq;. Si enim hoc egero,
mors mihi est, si aut̄ non egero, non effu-
giām manus uestras. Sed MELIVS est
mīhi

mihi, absq; opere incidere in manus uestras, quā peccare in conspectu Domini. Et exclamauit uoce magna Susanna: ex clamauerunt aut & senes aduersus eā. Et cucurrit unus ad ostia pomarij, & aperuit. Cūm ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticū, ut uiderent quidnā esset. Post quā autem senes locuti sunt, erubuerunt serui uehemēter, quia nunquā dictus fuerat sermo huiuscmodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cūcū uenisset populus ad Ioacim uirum eius, uenerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, ut interficeret eam. Et dixerūt coram populo, Mittite ad Susannam filiam Helciæ, uxorem Ioacim. Et statim miserūt. Et uenit cū parentibus & filijs & uniuersis cognatis suis. Ponit Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserūt ut discooperiretur (erat em̄ cooperta) ut uel sie satias rentur decore eius. Flebant igitur sui, & omnes qui nouerāt eam. Consurgentes autem

EPISTOLA ET EVANGEL.

autem duo presbyteri in medio populi,
posuerunt manus suas super caput eius.
Quę flens suspexit ad cōclum. Erat enim
cor eius fiduciam habens in domino. Et
dixerunt presbyteri : Cūm deambulare
mus in pomario soli , ingressa est hęc cū
duabus puellis , & clausit ostia pomarij ,
& dimisit à se puellas. Venitq; ad eā ado-
lescēns, qui erat absconditus, et cōcubuit
cum ea. Porrò nos cū essemus in angulo
pomarij, uidentes iniquitatem , cucurri-
mus ad eos, & uidimus eos pariter com-
miseri. Et illū quidē non quiuimus cō-
prahendere, quia fortior nobis erat, & a-
perito ostio exiliuit. Hanc aut cū appre-
hendissemus, interrogauimus, quisnā es
set adolescens , & noluit indicare nobis
Huius rei testes sumus. Credidit eis mul-
titudo quasi senib; et iudicibus populi, et
condēnauerūt eā ad mortē. Exclamauit
aut uoce magna Susaña, et dixit: DEVS
AETERNE, qui abscōditorū es cognis-
tor, qui nosti omnia antequā fīat , tu scis
quoniam falsum testimoniū tulerūt con-
tra me,

tra me: et ecce morior, cū nihil horū fece-
 rim, quæ isti malitiosè cōposuerunt ad-
 uersum me. Exaudiuit aut̄ Dominus uos-
 cē eius. Cūq; dūceretur ad mortē, susci-
 tāvit dominus sp̄ritū sanctū pueri iunio-
 ris, cuius nomen Daniel, & exclamauit
 uoce magna: Mūdus ego sum à sanguis
 ne huius. Et cōuersus omnis populus ad
 eū, dixit: Quis est iste sermo quē tu locu-
 tus es? Qui cū staret in medio eorū ait: Sic
 fatui filij Israel, nō iudicātes, neq; quod
 uerū est cognoscētes, cōdemnaſtis filiam
 Israel: Reuertimini ad iudiciū, quia fal-
 sum testimoniuū locuti sunt aduersus eā.
 Reuersus est ergo populus cū festinatio-
 ne, & dixerunt ei senes: Veni & sede in
 medio nostrū, & indica nobis, quia tibi
 Deus dedit honorem senectutis. Et dixit
 ad eos Daniel: Separate illos ab inuicē
 procul, & dījudicabo eos. Cūm ergo di-
 uisi essent alter ab altero, uocauit unum
 de eis, & dixit ad eum: inueterate die-
 rum malorum, nunc uenerunt pecca-
 ta tua quæ operabarī prius, iudicans
 iudicia

EPISTOLAE ET EVANGELIA

Judicia iniusta, innocentes opprimens, &
dimitens noxios, dicente Domino. In-
nocentē & iustum nō interficies. Nunc
ergo si uidisti eam, dīc sub qua arbore
uideris eos colloquentes sibi. Qui ait:
Sub schino. Dixit autem Daniel: Re-
ctè mentitus es in caput tuū. Eccè enim
Angelus Dei, accepta sententia ab eo,
scindet te medium. Et amoto eo, iussit
trenire alium, & dixit ei: Semen Chana-
an & non Iuda, SPECIE S decepit te,
& concupiscentia subuertit cor tuum.
Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ ti-
mentes loquebantur uobis: sed filia Iuda
non sustinuit iniquitatem vestram. Nūc
ergo dīc mihi, sub qua arbore compræ-
henderis eos loquentes sibi, Qui ait: Sub-
prino. Dixit autē ei Daniel: Rectè men-
titus es & tu in caput tuum. Manet enim
Angelus Domini gladiū habens, ut se-
cet te medium, & interficiat uos. Excla-
mauit itaque omnis coetus uoce magna,
& benedixerunt Deū, qui saluat speran-
tes in se, Et cōsurrexerunt aduersus duos
presbyteros

DOMINIC. III. IN Q. VADRAG. 96

presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut malegerant aduersus proximam, ut facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa.

Euangelium Ioann. VIII.

In illo tempore, Perrexit IESVS in montem oliveti, & diluculo iterum uenit in templum: & omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio depræhensam: et statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, haec mulier modò depræhensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: QUI sine peccato est uestrum, pri-

mus in

EPISTOLA ET EVANGEL.

primus in illam lapidem mittat. Et iterū se inclinans scribebat in terrā. Audientes autem hæc, unus post unum exibant, incipientes à senioribus; & remansit solus I E S V S, & mulier in medio stans. Erigens autem se IESVS dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdemnauit? Quæ dixit; Nemo Domine. Dixit autem I E S V S: Nec ego te condemnabo. V A D E, & iam amplius noli peccare.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui te affligendo, carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa ieunent. Per Dominum nostrum IESVM Christū filium tuum.

Dominica Quarta, quæ O^r Lætare, in Quadragesima.

S V M M A R I V M. Pro libertate Christiana pugnat Paulus contra Iudaizantes, ac docet Ecclesiæ filios, perinde ac Abrahæ liberos, esse legitimos, non carne ut Ismael ex Agar ancilla, sed ut Isaac

Isaac, ex Sara libera & legitima procreatos secundum promissionem gratiae, hoc est, spiritu, heredes promissae Dei et coheredes Christi. Nec minus laetum Euangelium, et Euangelicum conuiuium, quo Christus de quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus quinq; uirorum milia satiat. Cuiusmodi conuiuo uox additur gratulabundi Prophetae, sicut intemperis omnibus hodie decanatur, Letare Hierusalem &c. Nam hec Dominica, quæ non immerito Letare dicta est, & ab ea quæ Septuagesima uocatur, se prima exiit, Sabbatum mundi, id est, requiem significat, in qua fidelium, præsertim pœnitentium animæ, deposito carnis onere, & uelut post bella uictores depositis armis feriatae laetamur. Vnde totum Dominice huius officium, ut Rupertus Tuitiens. annotauit, illius requiei, futuraq; consolationis preconium est: qua commoneamur nunc peregrinantes, ieunantes, pœnitentes, præfensem tristitiam spe consolationis future supergredi: & sine iuxta Apostolum, spe gaudentes, in tribulatione patientes, quoniam in superna Hierusalcm uberibus consolacionis & de torrente uoluptatis replebimur.

Epistola ad Galat. IIII.

N Fratres

EPISTOLAE ET EVANGELI.

FRatres, Scriptum est, quoniam Abrahām duos filios habuit; unū de ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancilla secundū carnem natus est; qui autē de libera, per reprobationem; quae sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Sina, in servitutē generans, quae est Agar (Sina ēm mons est in Arabia, qui cōiunctus est ei, quae nunc est Hierusalem & seruit cū filijs suis) Illa autē quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra, scriptū est ēm. Lætare sterilis quae nō parturis: quia multi filij desertæ, magis quā eius quae habet virū. Nos autē fratres, secundū Isaac promissionis filij sumus. Sed quos modo tunc īs qui secundū carnem natus fuerat, persequebatur eū qui secundū spiritū; ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiже ancillā & filiū eius: non ēm hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Ita fratre non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit.

Euangel

Evangeliū Ioān. VI.

IN illo tempore, Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbat signa, quæ faciebant super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudeorum. Cùm subleuasset ergo oculos I E S V S, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eū, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo I E S V S: Facite homines discumbere. Erat autem

N 2 fœnum

EPISTOLAE ET EVANGELIUM
fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo IESVS panes: & cum gratias egisset, distribuit discubentibus. Similiter & ex pescibus quantum volebat. Ut autem impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegebunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis & duobus pescibus, quæ superfluerunt his qui manducauerunt. Illi ergo homines, cum uidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant: Quia hic est uerè Propheta, qui uenturus est in mundum.

Oratio Ecclesiæ.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Feria II. post Domini. Lætare.

S V M M A

S V M M A R I V M . Profertur iudicium sapientissimi Regis Salomonis , qui litem duarum metrericum mirabili equitate diremit . Verus Salomon Christus , qui electis e templo negotiatoribus , suum uerum iudicium ex zelum ardente in cultu diuino vindicando declarauit . Idem Euangelium addit de Iudeis partim credentibus ob uisa Christi miracula , partim conradicentibus ab sermonem auditum de templo soluendo & paulo post excitando . Qui locus ad Dominicam passionem ac resurrectionem specat.

Lectio III. Regum III.

IN diebus illis, Venerunt dux mulieres meretrices ad regem , steteruntque coram eo , quarum una ait : Obsistro mi Domine , ego & mulier hæc habitabamus in domo una , & peperi apud eam in cubiculo . Tertia autem die postquam ego peperi , peperit & hæc : & eramus sis mul , nullusque alius nobiscum in domo , exceptis nobis duabus . Mortuus est autem filius mulieris huius nocte . Dormiens quippe oppressit eum . Et cōsurgens intempestat noctis silentio , tulit filium

N 3 sicum

EPYSTOLÆ ET EVANGELI

meum de latere meo ancillæ tuæ dor-
mientis, & collocauit in sinu suo: suum
autem filium qui erat mortuus, posuit in
sinu meo. Cumq; surrexissem mane, ut
darem lac filio meo, apparuit mortuus.
Quem diligētius intuens clara luce, de-
præhendi non esse meum quem genue-
ram. Responditq; altera mulier, Non est
ista ut dicis, sed filius tuus mortuus est:
meus autem uiuit. E contrario illa dice-
bat, Mentiris, filius quippe meus uiuit,
& filius tuus mortuus est. Atq; in hunc
modum contendebant coram rege. Tūc
tex ait: Hæc dicit, Filius meus uiuit, &
filius tuus mortuus est: & ista respon-
dit: Non, sed filius tuus mortuus est,
meus autem uiuit. Dixit ergo rex: Affer,
te mihi gladium. Cumq; attulissent gla-
dium coram rege: Dividite, inquit, in-
fantem uiuum in duas partes: & date di-
midiam partem uni, & dimidiam par-
tem alteri. Dixit autem mulier cuius fi-
lius erat uiuus, ad regem (commota sunt
quippe viscera eius super filio suo.) Ob-
secro

secro Domine, date illi infantē uiuum, & nolite interficere eum. E contrario il-
la dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed di-
uidatur. Respondit rex & ait: Date huic
infantem uiuum, & non occidatur. Hęc
est enim mater eius. Audiuimus itaque omnes
Israel iudicium quod iudicasset rex,
& timuerunt regem, uidentes sapientiam
Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

Euangelium Ioan. II.

IN illo tempore, Propè erat Pascha
Iudeorum, & ascendit IESVS Hiero-
solymam, & inuenit in templo uen-
dentes oves & boues & columbas, &
numularios sedentes. Et cum fecisset
quasi flagellum de funiculis, omnes ei-
cit de templo, oves quoque & boues, &
numulariorum effudit æs, & mensas
subuertit. Et his qui columbas uendes-
bant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite
facere domum patris mei domū nego-
tiationis. Recordati sunt uero discipuli
eius, quia scriptum est: Zelus domus

Nostra tua

EPISTOLAE ET EVANGELI

tuæ comedit me. Responderūt ergo Iudei, & dixerunt ei : Quod signū ostendis nobis, quia hæc facis ? Respondit Iesus, & dixit eis : Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei : Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cùm autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & amemus. Per Dominum nostrum nos

DOMIN. IIII. IN Q^UADRAG. 101
num nostrum IESVM Christum filium
vuum.

Feria III. post Domin. Lætare.

S V M M A R I V M. Vnus Moyses pro impio
populo intercedit, & iratum Deum quasi cogit esse
propitium tot idololatris, qui iam iam funditus erant
perituri. Sic liquet, quid quantumq; sancti unius
precatio ualeat, ac s̄ep̄e pro peccatoribꝫ alijs im-
petret apud Deum. Iacob. V. Euangelium uero te-
statur de Iudeorum coecitate, blasphemia, improbita-
te ex peruicacia singulari: aduersus illos Dominus
& authoritatem doctrine sua, & perpetratum in
sabbato miraculum in templo defendit.

Lectio Exodi XXXII.

IN diebus illis, Loquutus est Domi-
nus ad Moysen dicens, Vade descen-
de de monte, quia peccauit populus tuus
quem eduxisti de terra Aegypti: recesser-
unt citò de via, quam ostendisti eis: fe-
ceruntq; sibi uitulū conflatilem, & ado-
rauerunt, atq; immolantes ei hostias, di-
serunt: Isti sunt dñi tui Israel, qui te edus-
serunt de terra Aegypti. Rursumq; ait

N 5 **Domi**

EPISTOLAE ET EVANGELI.

Dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit. DIMITTE ME, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manus robustas? Ne quæso dicat Aegypti: Callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. RECORDARE Abraham, Isaiae & Israel seruorum tuorum, quibus turasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen uestrum sicut stellas coeli: & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini uestro, & possis debitum eam semper. Placatusque est Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum, & misertus est populo suo Dominus Deus noster.

Euangel

DOMIN. IIII. IN Q. VADRA. ¹⁰³
Euangelium Ioannis VII.

IN illo tempore , Iam die festo mediante, adscendit IESVS in templum, & docebat : &c mirabantur Iudei, dicentes : Quomodo hic literas scit, cum non didicerit ? Respondit eis I E S V S , & dixit : Mea doctrina non est mea , sed eius qui misit me. SI QVIS VOLVERIT voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina , utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar . Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit: qui autem querit gloriam eius qui misit eum hic uerax est , & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit uobis legem , & nemo ex uobis facit legem ? Quid me queritis interficere ? Respondit turba, & dixit : Daemonium habes . Quis te querit interficere ? Respondit IESVS , & dixit eis : Vnum opus feci , & omnes miramini. Propterea Moyses dedit uobis circuncisionem , non quia ex Moysè est, sed ex patribus. Et in sabbato circu-

cidiū

ciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in Sabbatho, ut non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato: NO
LITE IV DICARE secundum factiem, sed iustum iudicium iudicate. Discabant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognoverunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & a meipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis. Ego scio eum, & si dixerim quia nescio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apud præbendere, & nemo misit in illum manus; quia nondum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

Oratio

DOMIN. III. IN Q. VADRAGI. 109

Oratio Ecclesiae.

Sacrae nobis, quæsumus Domine, obseruationis ieiunia & piæ conuersationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstens auxilium. Per Dominum nostrum IESU CHRISTUM filium tuum.

Feria IIII. post Domin. Lætare.

S U M M A R I U M. Cūm incaptiuitate Babylonica due tribus, Iuda & Benjamin exules degenerent, consolatus est eas misericors Deus uerbis quæ sequuntur Propheticis. Quæ tamen noui quoque testamendi gratiam, & sacri baptismatis ingeniem virtutem declarant. Euangelium tractat illustre miraculum de cœco nato & mendico, quem Christus Iesu donauit, tanque gracie splendore intus illustravit, ut unus ille contra cœcos inuidosque Phariseos steterit & Christi innocentiam palam libereque defenserit ac propugnâr^{it}.

Lectio Ezechieli XXXVI.

Hæc

HAEC dicit Dominus Deus, Sancti,
Hicabo nomen meum magnum,
quod pollutum est inter gentes , quod
polluistis in medio earum: ut sciant gen-
tes, quia ego Dominus, ait Dominus ex-
ercituum, cum sanctificatus fuero in uos,
bis coram eis. Tollam quippe uos de gen-
tibus, & congregabo uos de uniuersis ter-
ris, & adducam uos in terram uestram, &
EFFUNDAM SUPER uos aquam
mundam, & mundabitini ab omnibus
inquinamentis uestris , & ab uniuersis
idolis uestris mundabo uos. Et dabo uo-
bis cor nouum , & spiritum nouum po-
nam in medio uestri. Et auferam cor la-
pideum de carne uestra , & dabo uobis
cor carneum. Et spiritum meum ponam
in medio uestri , & faciam **V T I N**
P R A E C E P T I S meis ambuletis, &
iudicia mea custodiatis & operemini. Et
habitabitis in terra , quam dedi patribus
uestris: & eritis mihi in populum, & ego
ero uobis in Deum, dicit Dominus om-
nipotens.

Euange-

Evangclium Ioannis IX.

IN illo tempore, Præteriens Iesus vis-
itit hominem cæcum à nativitate, &
interrogauerūt eum discipuli eius. Rab-
bi quis peccauit, hic aut parentes eius
ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus:
Neçq; hic peccauit, neçq; parentes eius,
sed ut manifestentur opera Dei in illo.
Me oportet operari opera eius qui misit
me donec dies est: **V E N I T N O X**
quando nemo potest operari. Quandiu
sum in mundo lux sum mundi. Hoc cū
dixisset, expuit in terram, & fecit lutum
ex sputo, & linivit lutum super oculos
eius, & dixit ei: **Vade**, lava in natatoria
Siloe, quod interpretatur missus. Abiit
ergo & lauit, & uenit uidens. Itaçq; uici-
ni & qui uiderant eum prius, quia men-
dicus erat, dicebant: Nonne hic est qui
sedebat & mendicabat? Alij dicebant:
Quia hic est. Alij autem: Nequaquam,
sed similis est ei. Ille uero dicebat: **Quia**
ego sum. Dicebant ergo ei: **Quomodo**
apertū

EPISTOLAE ET EVANGEL.

aperti sunt tibi oculi: Respondit: Ille ho-
mo qui dicitur Iesus, lutum fecit, et unxit
oculos meos, & dixit mihi: Vade ad na-
tatoriam Siloe, & laua. Et abiit, & laui, &
uideo. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait:
Nescio. Adducunt eum ad Phariseos,
qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbatum
quando lutum fecit Iesus, & aperuit ocu-
los eius. Iterum ergo interrogabant eum
Pharisei quomodo uidisset. Ille autem dixit
eis: Lutum mihi posuit super oculos, & la-
ui, & uideo. Dicebat ergo ex Phariseis
quidam: Non est hic homo a Deo, qui sab-
batum non custodit. Alij autem dicebant: Quo-
modo potest homo peccator hæc signa
facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt
ergo cæco iterum: Tu quid dicas de illo, qui
aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia
Propheta est. Non crediderunt ergo Iu-
dæi de illo quia cæcus fuisset & uidisset,
donec uocauerūt parentes eius qui uide-
rat, et interrogauerūt eos, dicentes: Hic est
filius uester, quem uos dicitis, quia cæcus
natus est? Quomodo ergo nunc uides?
Responde-

Responderunt eis parētes eius, & dixerūt:
 Scimus quia hic est filius noster, & quia
 cæcus natus est: quō aut nūc uideat ne-
 scimus, aut quis eius aperuit oculos, nos
 nescim⁹. Ipsum interrogate: ætatē habet,
 ipse de se loquāt. Hęc dixerūt parētes ei-
 us, qm̄ timebāt Iudæos: iā em̄ cōspiraue-
 rāt Iudei, ut si quis eū cōfiteret esse Chri-
 stū, extra synagogā fieret. Proptereā pa-
 rētes eius dixerūt: Quia ætatē habet, sp̄
 sum interrogate. Vocauerūt ergo rursus
 hominē qui fuerat cæcus, & dixerunt ei:
 Da gloriā Deo. Nos scimus quia hic ho-
 mo peccator est. Dixit ergo eis ille, Si
 peccator est, nescio. Vnū scio, quia cæcus
 cū essem, modō uideo. Dixerūt ergo illi:
 Quid fecit tibi: Quō aperuit tibi oculos?
 Respōdit eis: Dixi uobis iā, & audistis:
 quid iterū uultis audire? Nūquid & uos
 uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt
 ergo ei, et dixerūt: tu discipulus illius sis:
 nos autem Moysi discipuli sumus. Nos
 scimus quia Moysi locutus est Deus,
 hunc aut nescimus unde sit. Respondit
 ille ho-

EPISTOLAE ET EVANGELI.

ILLE homo, & dixit eis : In hoc enim mis-
trabile est, quia uos nescitis unde sit, & au-
peruit meos oculos. Scimus autem quia
PECCATORES Deus non audit, sed
si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius
facit, hunc exaudit. A seculo non est au-
ditum, quia quis aperuit oculos cæci na-
ti. Nisi esset hic à Deo, non poterat face-
re quicquam. Responderunt & disserūt
ei: In peccatis natus es totus, & tu doces
nos ? Et eiecerunt eum foras. Audiuit
Iesus quia eiecerunt eum foras, & cùm
inuenisset eum, dixit ei : Tu credis in si-
lum Dei : Respondit ille, & dixit: Quis
est Domine, ut credam in eum? Et dixit
ei Iesus : Et uidisti eum, & qui loquitur
tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domi-
ne. Et **PROCIDENS** adorauit eum.

Oratio Ecclesiae.

Deus qui & iustis præmia meritorū, & peccatoribus per ieiunium ueniā præbes, miserere supplicibus tuis, ut reatus nostri confessio indulgentiam percipere ualeat delictorū. Per Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum.

Feria

DOMIN. IIII. IN QVADRA. 302

Feria V. post Dom. Lætare.

S U M M A R I U M . Historia proponitur de Eliso Propheta, filium uiduc Sunamitidis a mortuis excitante, cū baculus Giezi (typus is erat Legis antiquae) mortuum non potuerie uiuificare ac saluare. Dux & author uite Christus est, qui uelut Euangelium declarat, uerbo nutuq; suo effecit, ut adolescentis mortuus & c Naim elatus, matri, eidemq; uiduc filio tam uiuus & incolmis restitueretur.

Lectio, IIII. Regum. IIII.

IN diebus illis, Venit mulier Suna, mitis ad Eliseum in monte Carmelli. Cumq; uidisset eam uir Dei e contrâ, ait ad Giezi puerum suum: Eccè Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius & dic ei: Recte ne agitur circa te, et circa uirum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Recte. Cumq; uenisset ad uirum Dei in montem, appræhendit pedes eius, & accessit Giezi, ut amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus ce-

O. 2 laus.

EPISTOLAE ET EVANGELI.

Iauit à me, & nō indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid nō dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meū in manu tua, & uade! Si occurrerit tibi homo, non salutes eum; & si salutauerit te quispiam, nō respondas illi. Et pones baculum meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait: Viruit dominus, & uiuit anima tua, non dimisstrā te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat bactilum superfaciēm pueri: & non erat vox nec sensus. Reuersusq; est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum. Et ecce puer mortuus facebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad Dominum. Et adscendit, & incubuit super puerum, posuitq; os suū super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incurauit se super eum, & calefacta est caro

DOMIN. III. IN QVADRAGA. 107

caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo semel huc atq; illuc, & ad ascendit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies, aperuitq; oculos. Et ille uocauit Giezi, & dixit ei: Voca Suna, mitidem hanc. Quæ uocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit illa & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram: tulitq; filium suum, & egressa est. Et Eliseus reuersus est in Galgala.

Evangeliū Lucæ VI. I.

IN illo tempore, ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matri suæ. Et haec uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quā cūm uidisset Dominus, misericordia motus super eā, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autē qui portabant steterūt, & ait illi; Adolescens, tibi dico, surge. Et

O 3 refedit

EPISTOLAE ET EVANGELI.

resedit quia erat mortuus, et corpit loqui,
& dedit illum matri sua. Accepit autem
omnes timor, & magnificabant Deum,
dicentes: Quia Propheta Magnus sura-
rexit in nobis, et quia Deus uisitauit ples-
uem suam.

Oratio Ecclesiae.

F. Praesta quæsumus omnipotens Deus, ut quos
sciunia uotiva castigant, ipsa quoque deuotio
sancta laxificet: ut terrenis affectibus mitigae-
tis, facilius coelestia capiamus. Per Dominum
nostrum IESUM Christum filium tuum.

Feria V. I. post Dominum. Laetare.

S Y M M A R I V M. Miraculum est de Eli-
Propheta, qui uiduæ Sareptanæ hospitæ sua defun-
ctum unicum filium ad uitam orando reuocauit, ma-
triq; saluum redditum. Maius miraculum sequitur de
Christo salvatore, qui Lazarum iam quatriuo
mortuum & foetere incipientem, perinde ac amicum
dormientem, uerbo e sepulcro euocauit, charisq;
sororibus & astancibus indecis rediuium cœstigio
reddidit.

Leccio, III. Regum XVII.

In diebus

IN diebus illis, Aegrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor eius fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi & tibi vir Dei: Ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in coenaculum ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamauit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, etiamne uiduam, apud quam ego utcunq; sustentor, afflixisti, ut interficeres filium eius? Et expedit se, atque mensus est super puerum tribus uicibus. Et clamauit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus uocem Eliae, & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & depositum eum de ceenaculo in inferiore dormitoria, & tradidit matri suæ. Et ait illi: Enuiuit filius tuus. Dixitque

O 4

mulier

EPYSTOLAE ET EVANGELI.

Mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoscetis, quoniam uir Dei es tu, & uerbum Domini in ore tuo uerum est.

Evangeliū Ioannis XL.

IN illo tempore, Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariae & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem IESVS, dixit eis: INFIRMITAS HAEc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabi, nunc quærebant te Iudei lapidare, & ite,

Domin. III. in QUADRAGAto

& iterum uadis illuc: Respondit I E S V S: Nonne duodecim sunt horæ diei: Si quis ambulauerit in dienon offendit, quia lucē huius mundi uidet: si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut à somno exuscitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem I E S V S de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo I E S V S dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque I E S V S, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudeis uenerant ad Martham & Mariam.

O s ut con-

EPISTOLE AD ETC. EVANGELIA.

deris uidebis gloriam Dei : Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me : ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter popum quem qui circumstat dixi , ut credant quia tu me misisti. Hæc cū dixisset , uoce magna clamauit , LAZARE ueni foras. Et statim prodixit qui fuerat mortuus , ictus manus & pedes institis , & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: SOLVITE EVM , & finite abire Muli et ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & Martham , & uiderant quæ fecit IE- SVS , crediderunt in eum.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas Sacramentis, præsta quæsumus, ut Ecclesia tua & æternis proficiat institutis , & temporalibus non destituantur auxilijs. Per Dominum nosum IESU V. M. Christum filium tuum.

Sabbato post Domin. Lætare.

SUMMARIUM. Lectio sequens commen-
dat & illustrat gratiam novi testamenti , magnamq;
consolationem

Consolationem adferit Ecclesiæ, cui se Deus profunq
uo bonitate nusquam non adesse, & praesesse, et pro
esse uelle blandissime pollicetur. Illud sancte deplorâ
cum, nos perinde ac Iudeos in Euangelio, tamam
bonitatem & gratiam per Christum partam & al
latam non agnoscere: aut si agnoscimus, ambulare
tamen in tenebris, nescio quibus curis & studijs im
meritos que a nobis uerum illud uite lumen, quod
Christus est, excludunt, atq; auertunt.

Lectio, Esaiæ XLIX.

HAEC dicit Dominus: In tempore
placito exaudiui te, & in die salutis
auxiliatus sum tui. Et seruauit te, & de
di te in foedus populi, ut suscitares ter
ram, & possideres hæreditates dissipatae:
ut diceres his qui uiincti sunt, exite; & his
qui in tenebris, reuelamini. Super vias
pascentur, & in omnibus planis pascua
eorum. Non esurient, neq; sitient, & non
percutiet eos æstus & sol: quia misera
tor eorum reget eos, & ad fontes aqua
rum potabit eos. Et ponâ omnes mons

EPISPOLAE ET EVANGELI

tes meos in viam, et semita mea exalta-
buntur, Ecce isti de longe uenient, & ec-
ce illi ab aquilone & mari, & isti de terra
australi. Laudate coeli, et exulta terra: ius-
hilate montes laude: quia consolatus est
Dominus populum suum, & pauperum
suum miserebitur. Et dixit Sion: De-
reliquit me Dominus, & Dominus obli-
tus est mei. NVNQVID obliuisci po-
test mulier infantem suum, ut non mise-
reatur filio uteri sui? Et si illa oblita fue-
rit, ego tamen non obliuiscarui, dicit
Dominus omnipotens.

Euangelium Ioan. VIII.

TINNO tempore, Dicebat Iesus turbis
Iudaorū: Ego sum lux mundi. QVI
SEQUITVR ME non ambulat in
tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixer-
unt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testi-
monium perhibes: testimonium tuum
non est uerum. Respondit Iesus, & dixit
eis: Et si ego testimonium perhibeo de
meipso, uerum est testimonium meum,
quia

quia scio unde ueni, & quò uado : uos autem nescitis unde uenio , aut quò uas do. Vos secundùm carnem iudicatis, ego non iudico quenquam : & si iudico ego, iudicium meum uerum est: quia Iosuas non sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege uestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso : & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit IESVS: Neq; me scitis, neq; patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc uerba locutus est I E S V S in gazzophylacio, docens in templo ; & nemo appræhendit eum , quia necdum ueniat hora eius.

Oratio Ecclesiæ.

Fiat Domine quæsumus per gratiam tuam
fructuosus nostræ deuotionis affectus : quia
tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuas
sunt placita pietati. Per Dominum nostrum IESU
SVM Christum filium tuum.

Dominica

EPISTOLAE ET EVANGEL.
Dominica V. (quæ ♂ Passionis, ♀
Iudica dicitur) in Quadragesima.

SUMMARIUM. Ut primum de ratione et
nomine Dominicæ huius dicamus. precesserunt has
ctenus Dominicæ septem, ne frustra Septuagesima duc-
ceretur, et ut interea septem mundi etates nobis ap-
tè designarentur. Atqui etates illæ omnes passionis
Domini redemptæ. et sanguine eius respersæ sunt.
Ergo quasi longa funeris pompa praemissa, sequitur
porro ipsa salutis nostræ uictima, dum passionis
CHRISTI, quæ huic Dominicæ nomen dedit, cele-
bratio propria et solennis memoria inchoatur. Slo-
fere Tuitiën. Huc iam pulchre spectat sequens Hym-
nus Ecclesie, et Pauli Epistola, quæ Dominicæ pas-
sionis effectum declarat, tam scilicet ualere præium
sanguinis Christi, ut inde Sacerdotem sive Pontifi-
cem mundum et mundantem, eternum et beatum,
nonque restamemi mediatorem, ac totius humani ge-
neris redemptorem mundus accipiat, et pure iam
Deo suo redemptus inseruire posse. Euangelium Iu-
deos proponit passionis huius authores, qui post tot
actanta beneficia, prefactis adhuc animis, maledi-
cis linguis, et cruentis manibus contra Christum se-
cotos immaniter armare non dubitauerunt.

Epistola, Hebræ. IX.

Fratres

Fratres, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis: neç per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum et taurorum, & cinis uitulæ adspersus, inquit, natos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uitenti. Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente, in redemtionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromotionem accipient qui uocati sunt æternæ hereditatis, in Christo I E S V Domino nostro.

Euangelium Ioannis VIII.

P In illo

EPISTOLAE ET EVANGEL.

IN illo tempore, Dixit IESVS turbis Iudæorum & principibus sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi? QVI EX DEO est uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit IESVS: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos in honora stis me. Ego autem non quero gloriam meam: EST QVI QVAERAT & iudicet. Amén amén dico uobis, si quis sermonem meū seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dícis. Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est & Prophetæ mortui sunt? Quem te ipsum faciss?

facis & Respondit Iesus : Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me , quem uos dicitis , quia Deus uester est : & non cognovistis eum . Ego autem notis eum . Et dixero quia nō scio eum ; ero similis uobis mendax : sed scio eum , & sermonem eius seruo . Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum : & uidit , & gauisus est . Dixerunt ergo Iudæi ad eū : Quinquaginta annos nondum habes ; & Abraham uidisti ? Dixit eis IESVS : Amen amen dico uobis , antequam Abraham fieret , ego sum . Tulerunt ergo lapides , ut iacerent in eum . IESVS autem abscondit se , & exiuit de templo .

Oratio Ecclesiae.

Quæsumus omnipotens Deus , familiam tuam propitius respice , ut te largiente regatur in corpore , & te seruante custodiatur in mente . Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum .

P 2 Hymnus

Hymnus temporis congruens.

Vexilla regis prodeunt, fulget Crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Quo vulneratus insuper, mucro ne diro lanceæ : Ut nos lauaret criminis, manus nauta unda sanguine. Implera sunt quæ concinna David fidelis carmine dicens, in nationibus regnauit à ligno Deus. Arbor decora & fulgida, ornata regis purpura, electa digno stipite tam sancta membra tangere. Beata cuius brachia seclu pendit precium, statera facta corporis, praedamq; culit tartari. O CR V X AV E spes unica, hoc passionis tempore: augustinus iustitiam, reisq; dona ueniam. Te summa Deus Trinitas, collaudat omnis spiritus: tuos per Crucis mysterium saluas, tege per scutula, Amen.

*Feria II. post Dominicam
Passionis.*

SUMMARIUM. Historia est de poenitentia salutifera Niniutarum, qui omnes una unius Ione admonitione territi atque comoti, uni cum Rege suo poenitentiam egerunt, et agi publicè precepunt, magendo autem diuinam iram placauerunt. O dignum prorsus exemplum et speculum illustre, quod

quod mundus & peccator qui quis ad fructus pœnitentie dignos præstans semper intueatur. At Iudei nibil minus præstiterunt quinimo Christo etiam eam bene de ipsis merenti exitium pararunt. ex perfide obmurmuratarunt, fontemq; ipsum aquæ uiue derca liquerunt.

Lectio Ionæ III.

IN diebus illis, Factum est uerbū Domini ad Ionam secundō, dicens: Surge, & uade in Ninuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, & abiit in Ninuen iuxta uerbum Domini. Et Ninive erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et coepit Jonas introire ciuitatem itinere diei unius, & clausauit & dixit: A D H V C quadraginta dies, & Ninive subuertetur. Et crediderunt uiri Ninivitæ in Dominū: & prædicauerunt iejunium, & uestiti sunt sacris à maiore usq; ad minorem. Et pervenit uerbum ad regem Ninive. Et surrexit de solio suo, & abiecit uestimenta

P. 3 suum

EPYSTOLAE ET EVANGELI

Suum à se, & induitus est sacco, & sedet in
cinere. Et clamauit & dixit in Niniue ex
ore regis & principum eius, dicens: Ho-
mines & iumenta & boues & pecora nō
gustent quicq̄, nec pascantur, & aquam
non bibant, & operiantur saccis homi-
nes & iumenta, & clament ad Dominū
in fortitudine: & conuertatur uir à uia
sua mala, & ab iniq̄itate qua est in ma-
nibus eorum. Quis scit si conuertatur &
ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ
suæ, & non peribimus: ET VIDIT
DEVS opera eorum, quia conuersi sun-
de uia sua mala, & miserius est deus su-
per malitia, quam locutus fuerat ut face-
ret eis, & non fecit;

Euangelium Ioannis VII.

IN illo tempore, Miserunt principes &
Pharisæi ministros, ut apprehenderent
I E S V M. Dixit ergo eis Iesus: Ad-
huc modicum tempus uobiscum sum, &
uado ad eum qui me misit. Quareris me,
& non inuenietis: & ubi ego sum, uos
non po-

non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudei ad semetipos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & doceatur gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis; & ubi ego sum, uos non potestis uenire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IESVS & clamabat, dicens: SI QVIS SIT IT, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erat credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia IESVS nondum erat glorificatus.

Oratio Ecclesiæ.

Sanctifica, quæsumus Domine, nostra ieiunia, & cunctarum nobis indulgentiam proprieius, largire culparum. Per Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum.

Feria III. post Dom. Passionis.

P 4 Summas

EPISTOLAE ET EVANGEL.

S V M M A R I U M . Historia est de Daniele conser-
vato in lacum Leonum , & seruato diuinitus , & nu-
trito per Habacuc , & de hostibus fauore Regis tria-
umphante . In Euangelio rursus ingenium suum pro-
duncit Iudei , etiam iij . qui Christo secundum carnem
eum consuetudinem coniuncti magis uidebantur . Nec
solū increduli . sed etiā scui persecutores principes
esse perguni . licet interim mobilis uulgi de Christo
sementia uariarent .

Lectione Danielis X III I.

N diebus illis , Congregati sunt Ba-
bylonij ad Regē , & dixerunt ei : Tra-
de nobis Danielem , alioquin interficie-
mus te & domum tuam . Vedit ergo rex
quod irruerent in eum uehementer : &
necessitate compulsus , tradidit eis Da-
nielem . Qui miserunt eum in lacum
Leonum , & erat ibi diebus sex . Porro in
lacu erant Leones septem , & dabantur
eis duo corpora quotidie , & duas oves
& tunc non data sunt eis , ut deuorarent
Danielem . Erat autem Habacuc Pro-
pheta in Iudea , & ipse coxerat pulmen-
tum ,

tum , & intruderat panes in alveolo ; &
 ibat in campum , ut ferret messoribus.
Dixitq; Angelus Domini ad Haba-
cuc: Fer prandium quod habes, in Baby-
 lonem Danieli , qui est in lacu Leo-
 num. Et dixit Habacuc : Domine, Ba-
 bylonem non uidi , & lacum nescio. Ec-
 apprehendit eum Angelus Domini in
 uertice eius , & portauit eum capillo ca-
 pitis sui, posuitq; eum in Babylonem su-
 per lacum in impetu spiritus sui . Et
 clamauit Habacuc, dicens : Daniel ser-
 ue Dei , tolle prandium quod misit tibi
 Deus. Et ait Daniel : Recordatus es
 mei Deus , & non derequisti diligen-
 tes te. Surgensq; Danie lcomedit. Por-
 ro Angelus Domini restituit Habacuc
 confessim in loco suo. Venit ergo rex
 die septimo, ut lugeret Danieli, & ue-
 nit ad lacum, & introspectit. Et ecce Da-
 niel sedens in medio Leonum. Et exclamauit
 voce magna rex, dicens: Magnus
 es Domine Deus Danielis. Et extra-
 xit eum de lacu Leonum. Porro illos

P S qui

EPISTOLAE ET EVANGELI.

qui perditionis eius causa fuerant, intro-
misit in lacum; & deuorati sunt in mo-
mento coram eo. Tunc Rex ait: Pau-
ant omnes habitantes in uniuersa terra
Deum Danielis: quia ipse est liberator
& saluator, faciens signa & mirabilia in
caelo & in terra, qui liberauit Danielem
de lacu Leonum.

Evangeliū Ioannis V 11.

IN illo tempore, Ambulabat I E S V S
in Galilæam: non enim uolebat in
Iudæa ambulare: quia quærebant eum
Iudæi interficere. Erat autem in proxí-
mo dies festus Iudæorum, scenopégia.
Dixerunt autem ad eum fratres eius:
Transfi hinc, & uade in Iudæam, ut &
discipuli tui uideant opera tua quæ facis.
Nemo quippe in occulto quid facit, &
quærerit ipse in palam esse: si hæc facis,
manifesta te ipsum mundo. Neque enim
fratres eius credebant in eum. Dicit etsi
go eis I E S V S: Tempus meum non
dum aduenit, TEMPSVS autem VER-
STRVM

S T R V M semper est paratum. Non potest mundus odisse uos : me autem ostendit , quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego enim non adscendam ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autem adscenderunt fratres eius, tunc et ipse adscendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto. Iudei ergo quærebant eum in die festo, & dicebant : Vbi est ille ? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant : Quia bonus est . Alij autem dicebant : Non, sed seducit turbas. Nec mo tam palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

Oratio Ecclesiæ.

Nostra tibi Domine quesumus sint accessa
præ ieiunia, quæ nos explingo gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æternas.
Per Dominum nostrum I E S U M Christum
filium tuum,

Feria

EPISTOLAE ET EVANGELIA.
Feria IIII. post Dom. Passionis.

S V M M A R I V M . Ad precepta secunde tabule spectat lectio sequens, & illustrat illud : Diliges proximum tuū sicut te ipsum : quod quomodo in iudicis locum habeat, simut ostendit . Nihil uero tale ius dei per pēdum, summo odio et iniquissimo iudicio ad Christū persequendū emulsi . Audiunt ex Euangelio pulam in tēplo, quid de Christo recte sensāt, uidentq; ueritatē certissimis operibus comprobari, sed redeunt more suo, cū nihil possunt aliud, ad lapides et blasphemias, paulò postea in Meſiā suū aperte scuturio-

Lection Leuitici XIX.

IN diebus illis, loquutus est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere ad universum cōcūm filiorum Israēl , & dices ad eos : Ego Dominus Deus uester. Non facietis fūrtūm . Non mentieris, nec decipiet unusquisq; proximum suum. Non periturabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus . Non facies calumniam proximo tuo, nec usq; opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usq; manet.

ne. Non maledices surdo , nec coram
coeco pones offendiculum : sed timebis
Dominum Deum tuum , quia ego sum
Dominus . Non facies quod iniquum
est, nec iniuste iudicabis. Non conside-
res personam pauperis, nec honores uul-
sum potentis. Iuste iudica proximo tuo.
Non eris criminator , nec susurro in po-
pulo. Non stabis contra sanguinem proxii
mi tui. Ego Dominus. N O N ODE,
R I S FRATREM tuum in corde tuo:
sed publice argue eum, ne habeas super illo
peccatum. Non quereres ultiōnem , nec
memor eris iniuriae cōiūm tuorum. Di-
liges amicum tuum sicut teipsum. Ego
Dominus. Leges meas custodite: ego es
nisi sum Dominus. DEV S uester.

Evangeliū Ioannis X.

IN illo tempore, Facta sunt Encænia
in Hierosolymis, & hyems erat. Et am-
bulabat I E S V S in templo in porticu
Salomonis. Circundederunt ergo eum
Iudæi,

EP̄STOLAE ET EVANGELI

Judæi, & dicebant ei: Quousq; animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nos h̄is palam. Respondit eis I E S V S: Loquor uobis, & non creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, h̄ac testimonium perhibent de me: sed uos non creditis, quia uos non estis ex oib; meis, OVES MEAE uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unū sumus. Susstulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum. Respondit eis I E S V S: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis: Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis I E S V S: Nonne scriptum est in lege uestra, Quia ego

ego dixi, dij estis: Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundum, uos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, filius Dei sum: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.

Oratio Ecclesiae.

Sanctificato hoc ieiunio Deus tuorum corda fidelium miserator illustra: & quibus deuotissimis praestas affectum, praebet supplicantibus plus um benignus auditum. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum;

Feria V. post Dom. Passionis.

S V M M A R I V M. Oratio est Azarie praesertim populo e Babylonica captiuitate liberando atque restituendo. Quam orationem imprimis commendat precantis humilitas, confessio, poenitentia. Sed haec ipsa longe magis elucem in Magdalena, cuius perfecta poenitentiam in domo Simonis exhibitam, & contra Phariseos a Christo defensam tractat Euangeliu-

Lectio

Lectio Danielis III.

IN diebus illis, Orauit Daniel ad Domum, dicens, Domine Deus, ne despicias populum tuum propter nos, men tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum: quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum, sicut stellas coeli, & sicut arenā, quae est in litora maris: quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiliati in uniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & dux & Propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblationem, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, ut possumus inuenire misericordiam tuam: sed IN ANIMA contrita & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat

POST DOMIN. PASSIONIS. 123
c fiat sacrificium nostrum in conspectu
uo hodie ut placeat tibi, quoniam non
est confusio confidentibus in te. Et nūc
equimur te in toto corde, et timemus te,
& querimus faciem tuam, ne confun-
das nos: sed fac nobiscum iuxta mansue-
tudinem tuam, & secundūm multitudi-
nē misericordiæ tuae. Et erue nos in mi-
abilibus tuis, & da gloriam nominis tuo
Domine, & confundantur omnes qui
stendunt seruis tuis mala. Confundan-
tur in omnipotentia tua, & robur eorum
conteratur: & sciant quia tu es Domi-
nus Deus solus, & gloriosus super omnē
terrā Domine Deus noster.

Euangelium Lucae VII.

Nillo tempore, Rogabat I E S V M
quidam de Pharisæis, ut manducaret
cum illo. Et ingressus domum Pharisæi,
discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ci-
nitate peccatrix, ut cognouit quod I E-
S V S accubuit in domo Pharisæi, attu-
Q lit alabas

EPISTOLAE ET EVANGELI.

lit alabastrum unguenti , & stans retrahens
secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare
pedes eius , & capillis capitis sui terge-
bar : & osculabatur pedes eius & un-
guento ungebatur. Videlicet autem Phari-
seus qui vocauerat eum , ait intra se, di-
cens : Hic si esset Propheta , sciret utique
quæ & qualis est mulier quæ tangit eum
quia peccatrix est. Et respondens IESU
SVS , dixit ad illum : Simon, habeo tibi
bi aliquid dicere . At ille ait : Magister
dic. Duo debitores erant cuidam foene-
ratori : unus debebat denarios quin-
gentos, & alius quinquaginta. Non ha-
bentibus illis unde redderent , donauit
utrisque : Quis ergo eum plus diligit? Re-
spondens Simon, dixit : Aestimo , qui
is cui plus donauit. At ille dixit ei : Re-
cte iudicasti . Et conuersus ad mulie-
rem , dixit Simoni : Vides hanc mulie-
rem ? Intraui in domum tuam , aquam
pedibus meis non dedisti : hæc autem
lachrymis rigauit pedes meos, & capilli
suis tersit. Osculum mihi non dedisti
hæc au-

hæc autem ex quo intraui , non cessauit
osculari pedes meos. Oleo caput meum
non unxisti : hæc autem unguento un-
xit pedes meos. Propter quod dico tibi:
Remittuntur ei peccata multa, Q V O-
NIA M D I L E X I T multum . Cui
autem minus dimittitur , minus diligit.
Dixit autem ad illam : Remittuntur tibi
peccata tua. Et cœperunt qui simul ac-
cumbebant dicere intra se : Quis est hic,
qui etiam peccata dimittit ? Dixit autem
ad mulierem : Fides tua te saluam fecit:
uade in pace.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut di-
gnitas conditionis humanæ per immodera-
tiam sauciata , medicinalis parsimonie studio
reformatur. Per Dominum nostrum IESVM
Christum filium tuum.

Feria VI. post Dom. Passionis.

S V M M A R I V M. Conqueritur & orat Hila-
gemias contra Pseudoprophetas, ac suam defendit inno-
nocentiam. Verum hæc multò rectius Christo innocē-
tissimo tribunetur, uelut qui suā causam aduersos iu-

Q. d. decos

EPISTOLAE ET EVANGEL.

deos persecutores agat, & Patri cœlesti comprobet,
reosq; illos peragat . Euangelium hos ipsos Christi
hostes, eorumq; cōspirationem sceleratam exprimit,
quum preeunite scilicet Caypha, primores Iudeorum
de perdendo Messia consultarunt atq; decreuerunt
Vbi pulchrè Augustinus : Temporalia perdere tiz-
muerunt, & uitam eternam non cogitauerunt, ac sic
utrumq; amiserunt.

Lectio Hieremias XVII.

IN diebus illis dixit Hieremias : Domine, omnes qui te derelinquent, cōfundentur : recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium Dominū. Sana me Domine, & sanabor : saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me, Vbi est uerbum Domini ? Veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens : & diem hominis nō desiderauit, tu scis: Quod egressum est de labijs meis, rectum in cōspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidinī, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur , & non confundar ego:

Ego: paucent illi, & non paueam ego.
Induc super eos diem afflictionis, & du-
plici contritione contere eos, Domine.
Deus noster.

Euangelium Ioannis XI.

IN illo tempore. Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium, & dicebant : Quid facimus ? Quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum : & uenient Romanī, & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine, cūm esset Pontifex anni illius, dixit eis : Vos nescitis quicquam, nec cogitatis : quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed CVM E S S E T P O N T I F E X anni illius , Prophetauit quod IESVS moriturus erat pro gente, & nō tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi , congregaret in unum.

Q 3 Ab il,

EPISTOLAE ET EVANGEL.

Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. I E S V S ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem quae dicitur Ephrem; & ibi morabatur cum discipulis suis.

Oratio Ecclesiae.

Cordibus nostris quæsumus Domine gratiam tuam benignè infunde, ut peccata nostra castigatione uoluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicijs deputemur æternis. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Sabbato post Dominicam Passionis.

S V M M A R I V M. Et hic uides impiorum contra iustum, id est, Iudeorum contra Christum insanam conßpirationem, tum huius aduersus illos aequa defensione, tantoq; furore dignam penæ cominacionē. Tales fuere, qui ut Euangeliū docet uite Lazarū iam iam rediuiui insidiabantur. Honoram quidē ex Christum affine insidenē, sed quem paulo post, uelut hic etiam prædictitur, exaltaturi, stū in Crucem susfixuri sunt. Meliores uero gētiles, qui Christū uidere cupiunt, & ansam præbēt sermoni, ac patris uoci de seculo demissa, de filio scilicet hominis clarificando.

Lectio

Lectione Hieremie XVIII.

IN diebus illis, Dixerunt impi Iudei ad inuicem: Venite, & cogitemus contra iustum cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a Propheta. Venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Attende Domine ad me, et audi uocem aduersariorum meorum. Nunquid redderetur pro bono malum, quia foderunt foueam animae meae? Recordare quod steterim in conspectu tuo ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladii: siuant uxores eorum absque liberis, & uiduae: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueas, ut caperent me, & laqueos absconderunt

Q. 4 pedibus

• • • EPISTOLAE ET EVANGELIA
pedibus meis, Tu autem Domine scis om-
ne consilium eorum aduersum me in mor-
tem: ne propitieris iniustiti eorum, &
peccatum eorum a facie tua non deleatur:
stant corruentes in conspectu tuo, in tem-
pore furoris tui, Domine Deus noster.

Euangelium Ioannis XII.

IN illo tempore, Cogitauerunt princi-
pes sacerdotum, ut Lazarum interfici-
erent: quia multi propter illum abibant
ex Iudeis, & credebant in IESVM.
In crastinum autem turba multa quae
uenerat ad diem festum, cum audissent
quia uenit IESVS Hierosolymam: ac-
ceperunt ramos Palmarum, & processer-
unt obuiam ei, & clamabant Hosanna,
benedictus qui uenit in nomine Domini
Rex Israel. Et inuenit IESVS asel-
lum: & sedet super eum, sicut scriptum
est, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus
uenit sedens super pullum asinæ. Hæc
non cognoverunt discipuli eius primi:
sed

sed quando glorificatus est I E S V \$
 tunc recordati sunt quia hæc erant scrip-
 pra de eo , & hæc fecerunt ei. Testimo-
 nium ergo perhibebat turba quæ erat
 cum eo quando Lazarum uocauit de
 monumento , & suscitauit eum à mor-
 tuis. Propterea & obuiam uenit ei tur-
 ba : quia audierunt eum fecisse hoc sig-
 num. Pharisei ergo dixerunt ad semet
 ipsos, Videtis quia nihil proficimus. Ecce
 cè mundus totus post eum abiit. Erant
 autem quidam gentiles ex his qui ascen-
 derant ut adorarent in die festo. Hí erga
 acceſſerunt ad Philippū qui erat à Beth-
 saida Galilææ : & rogabant eum dicen-
 tes, Domine, uolumus I E S V M uide-
 re. Venit Philippus , & dicit Andrea,
 Andreas rursum & Philippus dixerunt
 I E S V . I E S V S autem respondit eis,
 dicens : Venit hora ut clarificetur filius
 hominis. Amen amen dico uobis , NI-
 SI GRANVM frumenti cadens in
 terram mortuum fuerit , ipsum solum
 manet : si autem mortuum fuerit , multū

Q 5 fructum

EPISTOLAE ET EVANGELI

fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam. SI QVIS mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam: Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant, Angelus ei locutus est. Respondit IESVS, & dixit: Non propter me haec vox uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege quia CHRISTVS manet in aeternum;

POST DOMIN. PASSIONIS. 116
æternum : & quomodo tu dicis. Opor-
tet exaltari filium hominis ? Et quis est
iste filius hominis ? Dixit ergo eis I E-
S V S , Adhuc modicum lumen in uo-
bis est. A M B V L A T E dum lucem
habetis , ut non uos tenebræ compræ-
hendant . Et qui ambulat in tenebris
nescit quò uadat. Dum lucem habetis
credite in lucem , ut filii lucis sitis. Hæc
locutus est IESVS : & abiit , & abscon-
dit se ab eis,

Oratio Ecclesiæ.

Proficiat , quæsumus Domine , plebs tibi die
caræ piaz dæuotionis affectu , ut sacris actionibus
erudita , quanto maiestati tuæ sit gratior , tanto
donis potioribus augeatur. Per Dominum no-
strum I E S V M Christum filium tuum.

Dominica in Ramis Palmarum.

S V M M A R I V M . Non perum celebratur
& illustratur hic dies ingressu Christi in ciuitatem
Hierosolymitanam , quando communi indeorum
applausu

EPISTOLAE ET EVANGEL.

applausu affine infidens exceptus est. Est et aliud ingressus, ad opus scilicet sacratissime passionis sue, quod per totam hanc hebdomadam consummavit, ut salutem nostram in medio terre operaretur. Unde maior et sancta dici coepit haec hebdomada, a maioriibus quidem nostris, ut par est, religiosissime semper obseruata. Hodie uero, quam Palmarum processione (uti uocamus) in templis solennem celebraamus, nemo Catholicorum est qui nesciat Dominicæ passionis esse praeconium, et illud nobis ob recreationem deuotionis renouari, quod pueri Hebreorum tollentes ramos oliuarum, obviauerunt Domino clamantes, ex dicentes. Hosanna in excelsis. Sic etiam Rupertus Tuitiæ. Quamobrem recte Pauli Epistola legitur, in qua Christi patientis dignitatem incomparabilem, ac simul humilitatem admirabilem, omnibusque imitandam, eiusdem uero passionis et humilitatis fructum ac meritum amplissimum cœriminius.

Epistola ad Philipp. II.

Fratres, Hoc sentite in uobis, quod & in Christo IESV. Qui cum informa Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet ipsum

ipsum exinanivit formā serui accipiens,
in similitudinem hominum factus: &
habitum inuentus ut homo HVMILIA-
VIT SEMETIPSVM, factus obe-
diens usq; ad mortem , mortem autem
crucis. Propter quod & Deus exaltauit
illum , & donauit illi nomen , quod est
super omne nomen, ut in nomine IESV
omne genu flectatur cœlestium , terre-
strium, & infernorum : & omnis lingua
confiteatur , quia Dominus I E S V S
Christus, in gloria est Dei patris.

Euangelium Math. XXI.

IN illo tempore , Cūm appropinqua-
set IESVS Hierosolymis, & uenisset
Betphage ad montem Oliueti, tunc mi-
xit duos discipulos , dicens eis : Ite in ca-
stellum quod cōtra uos est, & statim in-
uenietis asinam alligatam, & pullum cū
ea: soluite , & adducite mihi. Et si quis
uobis aliquid dixerit, dicite quia Domi-
nus his opus habet : & confessim dimit-
tet eos

EPISTOLAE ET EVANGEL



et eos. Hoc autem factum est , ut adims
pleretur quod dictum est per Prophetam
dicentem : Dicite filiæ Sion , E C C E
R E X T V V S uenit tibi mansuetus ,
sedens

sedens super asinam , & pullum filium
subiugalis. Euntes autem discipuli fece-
runt sicut præcepit illis I E S V S : &
adduxerunt asinam, & pullum, & impos-
suerunt super eos uestimenta sua, & eum
de super sedere fecerunt. Plurima autem
turba strauerunt uestimenta sua in uias
alij autem cædebant ramos de arbori-
bus, & sternebant in uia. Turbae autem
quæ præcedebant , & quæ sequebantur
clamabant, dicentes H O S A N N A
filio Dauid, B E N E D I C T V S qui
uenit in nomine Domini.

*Euangelium aliud Math. XXVI.
& XXVII. proponit histo-
riam Dominicæ passionis , quam ex
omnibus Euangeliis contextam ha-
bes in die sancto Paracœus.*

Pulchre dixit Bernardus : Optimè processioni pa-
sto iuncta est, ut discamus in nulla letitia seculi ha-
bere fiduciam, scientes quoniam extrema gaudij lna-
tus occupat.

Oratio.

EPISTOLAE ET EVANGELIÆ

Oratio Ecclesiæ.

Auge fidem in te sperantium Deus, & super-
plicum preces clementer exaudi: & ueniat sus-
per nos multiplex misericordia tua. Bene +
dicantur & hi palmitæ oliuarum: & sicut in fi-
gura Ecclesiæ multiplicasti Noe egredientem
de arca, & Moysen exeuntem de Aegypto cum
filijs Israël: ita nos portantes palmas & ramos
oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam
Christo, & per ipsum in gaudium introeamus
æternum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate
spiritus sancti Deus.

Alia Oratio,

Bene + dic quæsumus Domine hos Palmas
rum seu oliuarum ramos, & præsta, ut quod
populus tuus tua ueneratione hodierna die cor-
poraliter agit, hoc spiritualiter summa deuotio-
ne perficiat, de hoste uictoriam reportando, &
opus misericordiæ summopere diligendo. Per
Dominum nostrum I E S U M Christum filiu-
lum tuum.

Carmen & Canticum solenne.

Gloria, laus, et honor tibi fit rex Christe redemptor:
Qui puerile decus promptus Hosanna pium.

Israël

Israeles turex, Davidis & inclyta proles;
 Nomine qui in Domini Rex benedicte uenit.
 Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis,
 Et mortalis homo, & cuncta creatura simul.
 Plebs Hebreæ atibi cum palmis obuia uenit.
 Cum prece, uoto, hymnis adsumus eccè tibi.
 Hitibi passuro soluebam munia laudis:
 Nostibi regnanti pangimus eccè melos.
 Hi placuere tibi: placeat deuotio nostra
 Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placet:
 Fecerat Hebreos hos gloria sanguinis almi:
 Nos facit Hebreos transitus ecce pius.
 Tu pius ascensor sis, & nos simus asellus:
 Tecum nos capiat urbs ueneranda Dei.
 Vests Apostolicæ rutilo fulgore tegamur.
 Te benedicta ut ea nostra caterua uehat.
 Tegmine sic anime sternamus corpora nostra,
 Quò per nos semper sit uia tuta tibi.
 Sit pia pro palme nobis uictoria ramis,
 Ut tibi uictrici sorte canamus ita.

Feria I^l. post Dominicam Palmari.

S V M M A R I V M. Propheta in Christi pa-
 tientis persona loquitur, docens passionem illius ex
 patris obediencia suscepitam, & cum inuita semper
 patientia coniuncta fuisse: tum Iudeis Messiam suū
 non cognoscenibus extreme calamitatis occasionem
 R. præbuisse.

EPISTOLAE ET EVANGELI

præbuisse. Additur non modica quoq; consolatio, se-
dijs, qui per spem ac timorem hoc Christi beneficio
conuenienter utuntur. Euangeliū docet, Christum
cœnæ exceptum in Bethania, et unguento delibutum,
auariq; proditoris obtrectatione permotum ad Mag-
dalenam defendendam fuisse.

Lectio, Isaiae L.

IN diebus illis , Dixit Isaias : Domi-
nus DEVS aperuit mihi aurem: ego
autem non contradico, retrosum non
abij. COR PVS MEVM DEDI
PER CVTIENTIBVS, & ge-
nas meas uellentibus. Faciem meam
non auerti ab increpantibus, & conspu-
entibus. Dominus Deus auxiliator me-
us, ideo non sum confusus . Ideò posui
faciem meam ut petram durissimam, &
scio quoniam non confundar . Iuxta
est qui iustificat me : quis contradicet
mihi: Stenus simul. Quis est aduersarius
meus : Accedat ad me, ecce Dominus
Deus auxiliator meus. Quis est qui con-
demnet me : ECCE OMNES qua-
si uestimentum conterentur , tinea co-
medet

mēdet eos. Quis ex uobis timens Do-
mīnum , audiens uocem serui sui : Qui
ambulauit in tenebris, & non est lumen
eius. Speret in nomine Domini, & inni-
tatur super Dominum Deum suū.

Evangeliū Ioannis XII.

IN illo tempore , Ante sex dīes paschæ
uenit IESVS Bethaniā, ubi Lazarus
fuerat mortuus, quē suscitauit I E S V S.
Fecerunt autem ei cānam ibi, & Mārtha
ministrabat. Lazarus uero unus erat ex
discubentib⁹ cum eo. Maria ergo ac-
cepit libram unguenti nardī pisticæ pre-
tiosi, & unxit pedes I E S V , & extersit
pedes eius capillis sūtis : & domus imple-
ta est ex odore unguenti. Dixit ergo u-
nus ex discipulis eius Iudas Iscariotes
qui erat eum traditurus . Quarē hoc un-
guentum nō uenijt trecentis denarijs, et
datum est egenis : Dixit autem hoc, non
quia de egenis pertinebat ad eum : sed
quia fur erat , & loculos habens ea quæ

R 2 mitte,

EPISTOLAE ET EVANGELIÆ.

mittebantur portabat. Dixit ergo IESVS: Sine illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. PAVPERES enim semper habetis uobis scum, me autem nō semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & uenerunt, non propter IESVM tantum, sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit à mortuis.

Oratio Ecclesiæ.

Da quæsumus omnipotens Deus, ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente unigeniti filij tui passione, respiremus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Feria III. post Dominicam Palmarum.

S V M M A R I V M. Ostenditur Christi prænobis ultro patientis mansuetudo & innocentia: tum ex aduerso statuitur Iudeorum persequentium conciliabulum & furor, sed quem iustus Deus manere multum non sinat.

Lectio, Hieremie XI.

In diebus

IN diebus illis, Dixit Hieremias: Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mitis tamquam lignum in panem eius, & eramus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iustè, & probas renes & corda, uideā ultiōne tuā ex eis: tibi enim reuelauī causam meā.

Evangeliū Mar. XIII. et XV.

Passionem Domini continet, de qua infra, die parasceues.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens sempiterne Deus da nobis ita Dominicæ Passionis Sacraenta peragere: ut indulgentiam percipere mereamur. Per eundem Dominū nostrū IESVM Christū filium tuū.

Feria IIII. post Dominicā Palmariū.

S V M M A R I V M. Miratur Propheta Iudeorum contra Christum duritiam, incredulitatem

R. s. O' scui

EPISTOLAE ET EVANGELI.

Consuevit iam Mortem uero et passionem Redemptoris nostri graphicè proponit, præsertim quā acerbè, **C**on ignominiose, ex pro quibus ac quanto cum fructu Agnus ille afflictus fuerit. Mærore plenus hic dies quo caput nostrum à Iuda Iudeis uenditum est.

Lectione, Isaiae LIII.

IN diebus illis, Dixit Isaías: Domine quis credidit auditui nostro: & brachium Domini, cui reuelatum est: Et ascendet sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est spes cies ei, neq; decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uisum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus uultus eius, & despectus, unde nec reputauimus eum. **V**E **R**E **L**ANGVORES nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eū quasi leprosum, & percussum à D E O, & humiliatum. **I**PSE autem **V**VLNERATVS est propter iniqüitates nostras, attritus est propter scelera nostra. **D**isciplina pacis nostræ

nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. OMNES NOS QVA SI OVES errauimus, unusquisq; in uiaci suam declinavit: & posuit Domi bus in eo iniuitatē omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. SIC V T OVIS A D OCCISIONEM ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit: quia abscissus est de terra uiuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eò quod iniuitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius: & dominus uoluit contenerre eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius uidebit, & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos; & iniuitates eorum ipse

R 4 portabit.

EPISTOLAE ET EVANGELI
portabit. Ideo dispergiam ei plurimos, &
fortium diuidet spolia, pro eo quod tra-
didit in mortem animam suam, & CVM
SCELERATIS reputatus est. Et ipse
peccata multorum tulit, & pro transgres-
soribus rogauit, ut non perirent.

*Evangeliū Lucæ XXII. &
XXIII. tractat historiam Domini-
cæ Passioñis, quam dies mox Pa-
rasceues ex omnibus proponet
Euangelistis.*

Oratio Ecclesiæ.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut qui
nostris excessibus incessanter affligimur, per
unigeniti filij cui passionem liberemur. Qui tecum
cum uiuit & regnat Deus.

Feria V. in Coena Domini.

S V M M A R I V M. Per celebris hic dies, etiam
estate Cypriani, magna & reuerenda certè continēs
mysteria, quæ solenniter in eo peragi consueverunt.
Nec minimū accipit decus ab Domini extrema coena,
sicut & nomen diei huius ostendit, cùm Christus Posa-
tis ex

tis ex idem et hostia, ut finē imponeret sacerdotio ueteri, demū post eū agnī typici scipsum, qui uetus est agnus DĒO Patri suis obulit manibus, et (ut Irenaei uerbis utamur) noui testamēti nouā docuit oblationem, quā Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo. Cuius quidē sacramēti priuam institutionem Epistola sequens repetit, taxans interim Corinthiorū insuenda Eucharistia temeritatē, uerumq; sumendi usum præscribens, demum ex graue subiungens periculum indignē buc accedentiū, Euangelium ad hunc quoq; diem propriē spectat, quo immensa erga nos Christi charitas & humilitas declarantur, in lauandis scilicet pedibus discipulorū, adeoq; obstinatissimi proditoris.

Epistola I. Corinth. XI.

FRatres, Conuenientibus uobis in unum, iam nō est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut Ecclesiam DEI contemnitis, & confunditis eos qui nō habent? Quid dicā uobis? Laudo

R S uosc

EPISTOLAE ET EVANGELI

uos: In hoc non laudo. Ego enim accepti à Domino quod & tradidi uobis: quoniam dominus IESVS in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate: HOC EST CORPVS MEVM, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens. HIC CALIX NOVVM TESTAMENTVM EST IN MEO SANGVINE. Hoc facite, quotiescumque biberitis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec ueniat. Itaque quicunque manducaverit panem hunc & biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. PROBET autem SEIPSVM HOMO, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, nō dījudicans corpus Domini.

Domini. Ideò inter' uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod SI NOS MET IPSOS DIVIDI CAREMVS, non utiqz iudicaremur. Dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

EvangeliuM Ioannis XIII.

ANTE diem festum Paschæ, sciens IESVS quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cùm Diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes : sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum uadit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua : & cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & coepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteum quo erat præinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine,

EPISTOLAE ET EVANGEL.

mine, tu mihi lauas pedes? Respondit
IESVS, & dixit ei: Quod ego facio,
tu nescis modò, scies autem postea. Dicit
ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in
æternum. Respondit ei IESVS: SI
NON LAVERO TE, non ha-
bebis partem mecum. Dicit ei Simon
Petrus: Domine, nō tantùm pedes me-
os, sed & manus & caput. Dicit ei IES-
VS: Qui lotus est non indiget nisi ut
pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos
mundi estis, sed nō omnes. Sciebat enim
quisnam esset qui traderet eum. Propte-
reà dixit, Non estis mundi omnes. Post-
quam ergo lauit pedes eorum, accepit
uestimenta sua, & cum recubuisse iterū
dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos
uocatis me Magister et Domine; et bene
dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pe-
des uestrós Dominus et Magister, & uos
debetis alter alterius lauare pedes. EX-
EMPLVM enim DEDI VO-
BIS, ut quemadmodum ego feci uobis,
ita & uos faciatis.

Oratio

Oratio Ecclesiæ.

Deus à quo & Iudas proditor reatus sui pœnam, & confessionis suæ Latro præmium suum pñit, concede nobis tuæ propitiacionis effusum: ut sicut in Passione sua I E S V S Christus Dominus noster diuersa utrisq; intulit stic pendia meritorū, ita nobis, ab Iaco uetus statis eratore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum uiuit & regnat, in unitate spiritus sancti Deus.

Feria VI. in Parasceue.

S V M M A R I V M. Mensis Martio, qui initium anni Iudeis fuit, mactatus & immolatus est Christus, uerus ille agnus absq; macula, quia solus perfectus: et masculus, quia mascula prorsus uirtute in horrendis etiā supplicijs durauit: et anniculus, quia integra etate pro expiatione reatus totius mundi in uictimā expensus est. Eius preterea nec os cōminutū, nec crura fracta sum, sed salua & integra permanerūt Ioanne teste: ut sciamus uirtutē & potentia Christi Passione illa neq; imminutam, neq; confractam, sed potius corroboratam & auctam fuisse. Nec satis erat agnum Legalem immolari, sed sumi etiā oportebat in coena, & peculiari quidē ritu. Que diuinis referta sunt institutionibus & doctrinis, sicut alia ueteris legis sacra menta omnia, suū uero isthec finem & lucem ueram accipiunt.

EPISTOLÆ ET EVANGEL.
accipiunt Christo moriente, ut preinde templi uel
lum hodie scissum legamus.

De piorum in hoc die luctu atque
tristitia.

Eis hodiernus etiam dies est qui humanae salutis
et eternæ letitiae causam morte Christi nobis et toti
mundo peperit, tamen Christiano quodam luctu ri-
te transfigitur. Quippe cum non ita gaudere debeamus
(ut ait uir factus) de gratia Patris tradentis, uel de
charitate filij morientis, ut non etiam doleamus, quod
canto Domino tormentorum et mortis causa fueri-
mus. Si sub capite Christo membra uiua sumus, capia-
tis nostri dolorem non semire non possumus. Gaudemus
hoc die infelices Iudei. Et nos cum Maria sub cruce
afficta, cum discipulis plorantibus et flentibus, cum
muliere itidem pariente, que est mater nostra Ecclesie,
tristitiam habeamus. Deinde uero cum tantus uis-
tor uelut eterno regno natus, de morte surrexerit, et
suam nobis uictoriā annuntiarit, tristitia quoque no-
stra in gaudium uertetur solidum, et plenè gloriabi-
mur in cruce Domini nostri. Hac interim dic, que a tri-
stitia quoque nomen accepit, tristitia regnet ut conter-
temur ad penitenciam. Ferrum dominice Passionis
nostram pertranseat animam: Clavi manuum ac pe-
nitus carnam nostram configant; Crux eius no-
stram

stram suspendat concupiscentiam: compatiamur deo-
niq; ut conregnemus: Quid n*i*? quando mors & pa-
sio illa tam acerba & luctuosa fuit, ut etiam terram
mouerit, petras sciderit, diei lucem in nocturnas tene-
bras conuerterit, & monumena aperuerit. Audi Ber-
nardum: Ascendit Christus in alium, ut ab omnibus
uideretur: alta uoce clamauit, ut ab omnibus audio-
retur: clamori lachrymas addidit, ut homo compate-
retur: qui ad hanc uocem non concutitur, terra gra-
uior est, petra durior, sepulchro fætidior.

Lectio Exodi XII.

IN diebus illis, dixit dominus ad Moy-
sen & Aaron in terra Aegypti: Men-
sis iste uobis principium mensium: pri-
mus erit in mensibus anni. Loquimini
ad uniuersum coetum filiorum Israel, &
dicite eis: Decima die mensis huius tol-
lat unusquisque agnum per familias &
domos suas. Si autem minor est nume-
rus, ut sufficere possit ad uescendum ag-
num, assumet uicinum suum, qui con-
iunctus est domi suæ, iuxta numerum
animarū, quæ sufficere possunt ad esum
agni.

EPISTOLAE ET EVANGEL.

agni. Erit autem agnus absq; macula, masculus, anniculus: Iuxta quem ritum tolletis & hædum, & seruabitis eum usq; ad quartamdecimam diem Mensis huius: immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad uesperam. Et sument de sanguine eius, ac ponent super utruncq; postem, & in superliminaribus domorum, in quib; comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni, caput cum pedibus eius & intestinis uerabitis, nec remanebit quicquam ex eo usq; mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sicut autem comedetis illum. Renes uestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Est enim phæse, id est, transitus Domini.

*In Dominicam Passionem Praefatio.
Vt se-*

Vt sequens historia, qua nihil aut sanctius, aut efficacius, aut admirabilius existit, in legendō sit expedita, illud præmonere uisum est, literas quatuor M. R. L. I. quæ pafim interseruntur, indicio esse lectori, quid cuiq; Euangelista acceptum ferre oporteat. Nam ubi M. conspexeris, præsentis loci author Matthæus designatur. R. Marcum. L. Lucam, & I. Ioannem ostendit Euangelistam.

Brevis autem totius historiæ partitio, si quis forte illam requirit, hæc statui potest: Primum Christus à proditore Iuda Iudeorum ministris traditur. Quæ intercedunt circa cœnam gesta, quoniam addiem cœne Domini spectant à nonnullis disiunguntur. Secundò à ministris traditur primoribus Iudeorum: ab his tertio ad mortem genibus: quartò à Iudeis abiectus ad mortem crucis damnatur: postremò crucifixi Domini innocentiam diuina humanaq; testimonia et signa testantur: Quam igitur piè dictum est à S.

Bernardo. Super omnia reddit te mihi
amabilem bone IE S V. calix quem
bibisti, opus nostræ redemptio-
nis, hoc omnino amorem
meum facile si-
bi uendicat.

S Paſio

PASSIO IESV CHRISTI



PASSIO DOMINI
nostri IESV Christi, secundum
III. Euangelistas.

Appr.

Appropinquabat L. autem dies festus azymorū, qui dicitur Pascha; Erat R. autem Pascha & azyma post bīduū. Et M. factum est, cū consummāset I E S V S sermones hos omnes, dixit discipulis suis : Scitis quia post bīduū Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes Sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consiliū fecerunt. Et R. quærebant L. summi sacerdotes & scribæ, quomodò eū dolo tenerent et occiderent : timebant L. uero plebem. Discabant M. R. autem : Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Intravit L. autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscaríotes, unum de duodecim. Tunc M. abiit R. L. unus de duodecim, ad principes sacerdotum & summos R. sacerdotes, ut proderet eum illis. Et L. locutus est cum principibus sacerdotum & Magistratibus, quemadmodum illum traderet eis, & ait M. illis.

S 2 Quid

PASSIO IESV CHRISTI

Quid uultis mihi dare, & ego uobis etum
tradam? Qui R. L. audientes, gauiſſi
ſunt & promiserunt, & pacti L. ſunt pe-
cuniam illi dare M. At illi conſtituerunt
ei triginta argenteos: & L. ſpoondit.
Et M. exinde R. quærebat, quomodo illū
oportunè traderet. L. & quærebat op-
portunitatem ut traderet illum ſine tur-
bis. Ante I. diem festum Paschæ, ſciens
IE S V S quia uenit hora eius, ut tran-
ſeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dile-
xiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem
dilexit eos. Prima M. R. autem die azy-
morum, quando R. Pascha immolaba-
tur, in qua L. neceſſe erat occidi Pascha,
acceſſerunt M. discipuli ad IE S V M,
& dicunt R. ei: Quò uis eamus, & pare-
mus tibi, ut manduces Pascha? Et mittit
duos ex discipulis suis Petrum L. & Io-
annem, dicens: Eunte parare nobis Pa-
ſcha, ut manducemus. At illi dixerunt:
Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ite M.
in ciuitatem ad quendam. Ecce L. intro-
euntibus uobis in ciuitatē, occurret uo-
bis homo

bis homo amphoram aquæ portans : se-
 quimini eum in domum in quam intrat:
 & dicetis patrifamiliâs domus: Dicit tibi
 Magister: Tempus M. meum propè est,
 apud te facio Pascha. Vbi R. est refectio
 mea : Vbi L. est diuersorium, ubi L.R.
 Pascha cum discipulis meis manducem⁹
 Et ipse R. uobis demonstrabit. L. osten-
 det uobis coenaculum magnum stratum,
 & ibi parate. Et R. abiērunt discipuli ei-
 us, & uenerunt in ciuitatem. Euntes L.
 R. autem inuenierunt sicut dixit illis, &
 parauerunt Pascha. Vespere M. R. autē
 facto, M. discumbebat cum duodecim,
 R. uenit cū duodecim : & L. cùm facta
 esset hora, discubuit, & duodecim Apo-
 stoli cum eo. Et I. coena facta , cùm dia-
 bolus iam misisset in cor, ut traderet eum
 Iudas Simonis Iscariotes , sciens quia
 omnia dedit ei pater in manus, & quia à
 Deo exiuit , & ad Deum uadit, surgit à
 coena, & ponit uestimenta sua : & cùm
 accepisset linteum, præcinxit se. Deinde
 misit aquam in peluim , & coepit lauare

S 3 pedes

PASSIO IESV CHRISTI

pedes discipulorum, & extergere linteos
quo erat præcinctus. Venit ergo ad Si-
monem Petrum, & dicit ei Petrus: Do-
mine, tu mihi lauas pedes? Respondit
IESVS & dixit ei: Quod ego facio,
tu nescis modum, scies autem postea. Dicit
ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in
æternum. Respondit ei IESVS: Si no
lauero te, non habebis partem mecum.
Dicit ei Simon Petrus: Domine, non
tantum pedes meos, sed & manus & ca-
put. Dicit ei IESVS: Qui lotus est,
non indiget nisi ut pedes lauet, sed est
mundus totus. Et uos mundi estis, sed
non omnes. Sciebat enim quisnam es-
set qui traderet eum: propterea dixit,
Non estis mundi omnes. Postquam er-
go lauit pedes eorum, accepit uestimenta
sua: & cum recubuisset iterum, dixit
eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uo-
catis me, Magister et Domine, & bene-
dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui
pedes uestros Dominus & Magister, &
uos debetis alter alterius lauare pedes.

EX EM,

EXEMPLVM ENIM DEDI VO-
BIS, ut quemadmodum ego feci uobis,
ita & uos faciatis. Amén amén dico uo-
bis, non est seruus maior Domino suo,
neq; Apostle maior est ea qui misit il-
lum. Si hæc scitis, beatí eritis si feceritis
ea. Et R. manducantibus illis ait L. IE-
SVS: DESIDERIO DESIDE-
RAVI HOC PASCHA MAN-
DVCARE VOBISCVM ANTE-
QVAM PATIAR. Dica enim uo-
bis, quia ex hoc non manducabo illud,
donec impleatur in regno Dei. Et acces-
ptu calice gratias egit & dixit, Accipite
& diuidite inter uos. Dico enim uobis
quod non bibam de generatione uitis
donec regnum Dei ueniat. Cœnantibus
M. autem eis, accepit I E S V S panem,
& L. gratias egit, & M. benedixit ac-
fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Ac-
cipite M. & comedite: HOC EST
CORPVS MEVM, quad L.
pro uobis datur: Hoc facite in me-
am commemorationem. Similiter &

S 4 calicem

PASSIO IESV CHRISTI

calicem , postquam cœnauit, accipiens,
M. gratias egit, & dedit illis, dicens. Bi-
bite ex hoc omnes : HIC E S T enim
SANGVIS MEVS noui Testamenti:
hic L. est calix nouum Testamentum
in meo sanguine , qui pro uobis funde-
tur qui M. pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum. Dico autem uo-
bis, non bibam a modò de hoc genimine
uitis, usq; in diem illum , cū illud bibam
uobiscum nouum in regno patris mei
R. Dei. Et biberunt ex illo omnes. Tunc
M. dixit illis IESVS : Omnes uos scan-
dalū patiemini in me in ista nocte , scri-
ptum est enim Percutiam pastore, & di-
spergetur oves gregis. Postquam autem
resurrexero , præcedā uos in Galilæam.
Respondens autem Petrus, ait illi : Et si
omnes scandalizati fuerint in te, ego nū
quam scandalizabor. Sed R. non ego.
Et ait illi Iesus. Amen M. dico tibi, quia
in hac nocte antequā gallus cātet, ter me
negabis. Amen R. dico tibi quia tu ho-
die in nocte hac priusq; gallus bis uocem
dederis

dederit, ter me es negaturus Ait M. illi Petrus Etiam si oportuerit me moritecum non te negabo. At R. ille amplius loquens batur. Etsi oportuerit me simul commo-
ri tibi, non te negabo. Similiter M. & om-
nes discipuli dixerunt. Ego I. scio quos elegerim, sed ut adimpleat scriptura. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodò dico uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico uobis: qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset IESVS, turbatus est spiritu & protestatus est, & dixit: Amen amen I. R. dico uobis, quia unus ex uobis me tradet, qui R. mandu-
cat mecum. Adspiciebant I. ergo adin-
uicem discipuli, hæstantes de quo dices-
ret. Et M. contristati ualde, cœperunt
singulū dicere; At R. illi cœperunt con-
tristari & dicere singillatim: Nūquid M.
ego sum Domine? At ipse respondens,

S. f. ait:

PASSIO IESV CHRISTI

ait: Vnus R. ex duodecim, qui M. R.
Intingit mecum manum in M. paropsi,
de, R. in catino, M. hic me tradet. Fi-
lius M. R. quidem hominis uadit, si-
cūt scriptum est de illo. Vx autem hos
mīni illi, per quem filius hominis trade-
tur. Bonum erat ei; si natus non fuis-
set homo ille. Respondens M. autem
Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid
ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Erat
I. ergo recumbēs unus ex discipulis eius
in sinu IESV, quem diligebat IESVS.
Inuuit ergo huic Simon Petrus, & dixit
ei: Quis est de quo dicit? Itaq; cum re-
cubuisset ille supra pectus I E S V, dicit
ei: Domine, quis est? Respondit Iesuss:
Ille est, cui ego intinctum panem porre-
xero. Et cūm intinxisset panem, dedit
Iudæ Simonis Scariotis. Et post buc-
cellam, introiuit in eum satanas. Et dicit
ei IESVS: Quod facis, fac citius. Hoc
autem nemo sciuit discubentium, ad
quid dixerit ei. Quidam enim putabant,
quia loculos habebat Iudas, quod dixi-
set ei

ser ei I E S V S : Eme ea quæ opus sunt
 nobis ad diem festum : aut egenis ut alii
 quid daret. Cùm ergo accepisset ille bux
 cellam, exiuit continuò. Erat autem nox,
 Cùm ergo exisset, dixit IESVS : Nunc
 clarificatus est filius hominis , & Deus
 clarificatus est in eo. Si Deus clarifica
 tus est in eo, & Deus clarificabit eum in
 semetipso, & continuò clarificabit eum.
 Filioli, adhuc modicūm uobiscum sum.
 Quæretis me , & sicut dixi Iudæis , quò
 ego uado , uos non potestis uenire , &
 uobis dico modò M A N D A T U M
 NOVVM do uobis , ut diligatis inui
 cem , sicut dilexi uos , ut , & uos diliga
 tis inuicem. I N H O C C O G N O
 SCENT OMNES quia discipuli mei
 estis , si dilectionem habueritis adinui
 cem. Dicit ei Simon Petrus : Domine,
 quò uadis : Respondit I E S V S : Quò
 ego uado, non potes me modò sequi: se
 quèris aut̄ posteà. Dicit ei Petrus : Qua
 ré non possum te sequi modò: Animam
 meam pro te ponam . Respondit I E
 SVS:

PASSIO IESV CHRISTI

S V S : Animam tuam pro me pones:
Amèn amèn dico tibi, non cantabit gal-
lus, donec ter me neges. L. Et ipsi cœ-
perunt querere inter se, quis esset ex eis,
qui hoc facturus esset. Facta est autem
& contentio inter eos, quis eorum uides
retur esse maior. Dixit autem eis : Re-
ges gentium dominantur eorum : & qui
potestatem habent super eos, benefici
uocantur. Vos autem non sic : sed **QVI**
MAIOR EST IN VOBIS, fiat sicut
Iunior; & qui præcessor est, sicut ministra-
tor. Nam quis maior est? Qui recumbit,
an qui ministrat? Nonne qui recumbit?
Ego autem in medio uestrum sum sicut
qui ministrat. Vos autem estis qui per-
mansistis mecum in temptationibus meis.
Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi
pater meus, regnum, ut edatis & bibas-
tis super mensam meam in regno meo,
& sedeatis super thronos, iudicantes duo-
decim tribus Israel. Ait autem Dominus
Simoni : Simon, eccè satanas expetiuit
uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem
ROGAVI

RO GAVI PRO TE, VT NON
 DEFICIAT FIDES TVA. Et tu ali-
 quando conuersus, cōfirma fratres tuos.
 Qui dixit ei: Domine , tecum paratus
 sum & in carcerem & in mortem ire . Et
 ille dixit : Dico tibi Petre, non cantabit
 hodie gallus , donec ter abneges nosse
 me. Et dixit eis : Quando misi uos sine
 sacculo & pera & calceamentis , nun-
 quid aliquid defuit uobis ? At illi dixer-
 runt : Nihil. Dixit ergo eis : Sed nunc
 qui habet saccum , tollat similiter &
 pēram : & qui non habet , uendat tuni-
 cam suam , & emat gladium. Dico enī
 uobis , quoniam adhuc hoc quod scri-
 ptum est, oportet impleri in me : Etcum
 iniquis deputatus est . Etenim ea quae
 sunt de me finem habent. At illi dixer-
 runt : Domine , ecce duo gladij hic. Ac
 ille dixit eis : Satis est. Hæc I. cūm dixis-
 set I E S V S , & M. R. hymno dicto,
 exierunt in montem oliveti : & L.egre-
 sus , ibat secundum consuetudinem in
 montem Oliuarum , i. trans torrentem
Cedron

PASSIO IESV CHRISTI

Cedron, M. in villam, R. in prædium,
eui nomen Gethsemani. Secuti L. sunt
autem illum & discipuli. Sciebat I. autem
& Iudas qui tradebat eum, locum : quia
frequenter Iesus cōuenerat illuc cūm di-
scipulis suis, et M. dixit: discipulis suis. Se-
dete hic donec uadam illuc & orem . Et
assumpto M. R. Petro & duobus filijs
Zebedæi, coepit M. cōtristari & mœstus
esse, pauere R. & tædere. Tunc M. ait il-
lis: TRISTIS EST ANIMA MEA
VSQ VE AD MORTEM: sustinete
hic & usgilate mecum. Et L. ipse auul-
sus est ab eis, quantūm iactus est lapidis.
Et progressus M. R. pusillum , pròcidit
M. in faciem suam R. supèr terram , &
orabat, ut si fieri posset, trāsiret ab eo ho-
ra. Et dixit. Abba PATER, omnia tibi
possibilia sunt, trāsfer hūc calicē a me: sed
non qđ ego uolo, sed quod tu. M. Pater,
mi si possibile est, transeat à me calix iste.
Veruntamen nō sicut ego uolo sed sicut
tu. Et uenit ad discipulos suos, & M. R.
inuenit eos dormientes. Et dixit Petrus
Simon

Simon R. dormis: Non M.R. potuisti
 una hora uigilare mecum: VIGILA,
 TE ET ORATE, VT NON INTRE
 TRETIS IN TENTATIONEM.
 Sp̄iritus quidem promptus est, caro au
 tem infirma. Iterum secundò abiit, &
 orauit eundem sermonem dicens: Pa
 ter M. mi, si non potest hic calix transire
 nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et
 uenit M. R. iterum, & inuenit eos dor
 mientes. Erant enim oculi eorum gra
 uati, & ignorabat R. quid responderent
 ei. Et relicta M. illis, iterum abiit, & ora
 uit tertio eundem sermonem. Et positis L
 genibus, orabat dicens: Pater, si uis,
 transfer calicem istum à me. Verunta
 men non mea uoluntas, sed tua fiat. Ap
 paruit autem illi Angelus de cœlo, con
 fortans eum. Et factus in agonia, proli
 xiūs orabat: ET FACTVS EST SV
 D O R E I V S, sicut guttæ sanguinis
 decurrentis in terram. Et cùm surrexis
 set ab oratione, & uenisset ad discipulos
 suos, inuenit eos dormientes præ tristia,

PASSIO IESV CHRISTI
ta, & ait illis: Quid dormitis: Surgite,
orate ne intretis in temptationem. Tunc
M. uenit ad discipulos suos & dicit illis.
Dormite iam & requiescite. Et R. uenit
tertiò & ait illis. Dormite iam & requie-
scite. Sufficit. Surgite M. eamus.
Ecce appropinquabit qui me tradet.
Venit R. Hora, ecce filius hominis tra-
detur in manus peccatorum. Surge-
te eamus, ecce qui me tradet, propè
est. Iudas I. ergo cùm accepisset co-
hortem, & à Pontificibus & Pharisaëis
ministros, uenit illuc cum laternis & fa-
cibus & armis. Et M. adhuc eò loquente,
ecce Iudas R. Scarioth unus de duos
decim uenit & cum eo turba multa, cum
gladijs & lignis & M. & fustibus missi
à Principibus sacerdotum & R. scribis
& senioribus M. populi. Dederat R. auct
traditor eis signum, dicens: Quemcumq;
osculatus fuero, ipse est: tenete eum, &
ducite cautè. Et L. antecedebat eos,
& appropinquauit I E S V , ut oscula-
retur eum. Et R. cùm uenisset, statim ac-
cedens

cedens ad eum, ait: Rabbi. M. Averabi. Et M. R. osculatus est eū. Dixitq; M. ei I E S V S: A M I C E, A D QVID VENISTI: L. Iuda, osculo filium hominis tradis: IESVS I. itaq; sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit eis: Quem queritis? Responderunt ei: I E S V M Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autē & Iudas qui tradebat eum cū ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum, abiérunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit I E S V S: Dixi uobis quia ego sum: si ergo me queritis, finite hos abire. Ut impleretur sermo quē dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Tunc M. accesserunt, & manus M. R. iniecerunt in I E S V M, & tenuerunt eum. Videntes L. autē hā qui circa ipsum erāt, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio & percussis unus ex illis seruam

T principis

PASSIO IESV. CHRISTI.

Principis sacerdotum; & amputauit auriculam eius dexterā. Simon I. ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis, summi R. sacerdotis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autē nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater, nō uis ut bibam illum? OMNES M. enim QVI ACCEPERINT GLADIVM, GLADIO PERIBUNT. AN PVTAS quia nō possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones Angelorum? Quomodò ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Respondens L. autem IESVS ait, Sinite usq; huc, & cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit aut̄ IESVS ad eos, qui uenerāt ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi & seniores: Tanc̄ M. R. L. ad latronem existis cū gladijs & fustibus cōpræhendere me, cùm quotidiè L. uobiscum fuerim in templo,

templo, & M. sedebam docēs in templo
 & R. non me tenuistis, non L. extendi-
 stis manus in me. Sed hæc est hora ue-
 stra & potestas tenebrarū. Hoc M. autē
 totū factū est, ut adimplerentur scripturæ
 Prophetarum. Tunc discipuli omnes;
 relicto eo, fugerunt. Relinquentes R. eū
 omnes fugerunt. Adolescens aut̄ quidā
 sequebat eū, amictus sindone super nu-
 do, & tenuerunt eū. At ille reiecta sindo-
 ne, nudus profugit ab eis. Cohors I. autē
 & tribunus & ministri Iudæorum com-
 præhenderunt IESVM, & M. tenuerūt
 & I. ligauerunt eū, & adduxerunt eum
 ad Annam prīmū. Erat enim sacer-
 Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.
 Erat autem Caiphas, qui consilium de-
 derat Iudæis, quia expedit unum homi-
 nem mori pro populo. Et conuenerunt
 R. omnes Sacerdotes, & scribæ &
 seniores. Sequebatur I. autem I E.
 & V M. Simon Petrus, & alius disci-
 pulus. Discipulus autem ille erat no-
 tus Pontifici, & introiuit cum I E S V

T 2 in atrium

PASSIO IESV CHRISTI

In atriu Pontificis. Petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiarī, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria summi R. sacerdotis, cùm uidisset Petrum calefacientem se, L. sedentem ad lumen: Et M. tu cum I E S V Galilæo R. Nazareno eras. Nunquid I. & tu ex discipulis es hominis istius? Et L. hic cum illo erat. At M. ille R. negauit coram omnibus, dicens: Mulier, L. non noui illum. Non I. sum, neq; R. scio, neq; noui quid dicas. Stabant I. autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefabant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Et R. exiuit foras ante atrium, & gallus cantauit. Pontifex I. ergo interrogauit I E S V M de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei I E S V S : Ego palām locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga, & in templo quō omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

Quid

Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecclesiastis sciunt quae dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam IESV, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. At M. illi tenentes IESVM, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribæ, & seniores conuenerant. Petrus M. R. autem sequebatur eum à longè usq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut M. uideret finem. Accenso L. autem igne in medio atrij, & circu sedentibus illis, erat Petrus in medio eorum, ad R. ignem & calefaciebat se. Principes M. autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra IESVM, ut eum morti traderent: & non inuenerunt cù multi falsi testes accessissent: & R. con-

T 3 uenientia

PASSIO IESV CHRISTI
uenientia testimonia non erant. Nouissime M. autem uenerunt duo falsi testes, & R. falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiui museum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud nō manufactum ædificabo. Hic M. dixit: Possum destruere templo Dei, & post triduum reædificare illud. Et R. non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit IESUS SVM, dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogauit eum, & dixit ei: Adiuro M. te per Deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei R. benedicti. Dicit illi Iesus: Tu M. dixisti. Ego R. sum. Veruntamen M. dico uobis, à modò M. R. uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cœli. Tunc Princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, dicens: Blasphe-

mauit, quid adhuc egemus testib⁹? Quid
R. adhuc desideramus testes? Ecce nunc
M. R. audistis blasphemiam. Quid uos
bis uideturs? Qui R. omnes condemnas-
serunt eum esse reum mortis. Et L. uiri
qui tenebant eum, illudebant ei. Tunc
M. expuerunt in facie eius, & L. uelaue-
runt eum, cædentes R. eum colaphiss⁹
& L. interrogauerunt M. eum, dicen-
tes: Prophetiza nobis Christe, quis est
qui te percussit? Et R. ministri alapis
eum cædebat. Et L. alia multa bla-
phemantes dicebant in eū. Exeunte M.
autem Petro ianuam, rufus R. cum ui-
disset illum alia M. ancilla, R. cœpit
dicere circumstantibus: Quia hic ex il-
lis est. Et M. hic erat cum I E S V Na-
zareno. Et L. post pusillum aliis ui-
dens eum, dixit: Et tu ex illis es. Erat
I. autem Simon Petrus stans, & calefa-
ciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid &
tu ex discipulis eius es? Et M. iterum ne-
gauit cum iuramento, Quia nō noui hos
minē. Et M. R. post pusillū, interuallo L.

T 4 facto

PASSIO IESV CHRISTI

facto quasi horæ unius, rursus, M. R. qui adstabant, dicebat Petro: Verè ex illis es. Nam R. L. & Galilæus es, & loquela M. tua manifestum te facit. Dixit ei I. unus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscondit Petrus auriculam: Non ne ego te tidi in horto cum illo? Ille R. autem coepit anathematizare, & M. detestari, & M. R. iurare, quia R. nescio hominem istum quem dicitis. Et M. L. continuò L. adhuc illo loquente, R. iterum gallus M. R. L. I. cantauit. Et L. cōuersus Dominus, respexit Petrum. Et M. R. L. recordatus est Petrus uerbi L. Domini M. I E S V, L. sicut dixerat, Quia priusq; gallus cantet R. bis, ter me negabis. Et M. L. E G R E S S V S F O R A S, F L E V I T A M A R E. Manè M. autē facto, L. & ut factus est dies, concilium M. inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus I E S V M, ut eum morti traderent. Et L. duxerunt eum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dīc nobis. Et ait illis:

Ihs : Si uobis dixero, nō credetis mihi : si
 autē & interrogauero, non respondebitis
 mihi, neq; dimittetis . Ex hoc autem erit
 filius hominis sedens à dextris uirtutis
 Dei . Dixerunt autem omnes: Tu ergo es
 filius Dei: Qui ait; Vos dicitis, quia ego
 sum. At illi dixerunt: Quid adhuc defi-
 deramus testimonium : Ipsi enim audi-
 uimus de ore eius. Et surgēs omnis mul-
 titudo eorum, & R. uincientes IESVM,
 L. duxerunt illum ad Pilatum I. à Cai-
 pha in prætorium . Erat autem manè.
 Et ipsi non introierunt in prætorium, ut
 non contaminarentur, sed ut manduca-
 rent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos
 foras. Et M. uinctum adduxerunt eum,
 & tradiderunt Pontio Pilato præfidi.
 Tunc uidens Iudas qui eum tradidit,
 quòd damnatus esset : poenitentia du-
 ctus retulit triginta argenteos princi-
 pibus sacerdotum & senioribus, dicens;
 Peccavi , tradens sanguinem iustum. At
 illi dixerunt: Quid ad nos : Tu uideris.
 Et projectis argenteis in templo, recessit

T S & abiens

PASSIO IESV CHRISTI

& abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Confilio autem initio, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldema, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. IESVS autem stetit ante praesidem. Et I. dixit praeses: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicite eum. Dixerunt ergo Iudei. Nobis non licet interficere quenquam. Ut sermo IESV impleretur quem dixit, significans quam morte

morte esset moriturus. Cooperunt L. au-
tem accusare illum dicentes: Hunc in-
uenimus subuentem gentē nostrā,
& prohibentem tributā dāri Cæsari , &
dicentem se Christū regem esse. Pilat-
tus autem interrogauit eum, dicens: Tu
es rex Iudæorum? At ille respondens,
ait: Tu dicas. Ait autem Pilatus ad prin-
cipes sacerdotum & turbas: Nihil inue-
nio causæ in hoc homine. At illi inua-
lescebant, dicentes: Commouit populū,
docens per uniuersam Iudæam , incipi-
ens à Galilæa usq; huc. Pilatus autē au-
diens Galilæam , interrogauit si homo
Galilæus esset. Et ut cognovit quōd de
Herodis potestate esset, remisit eum ad
Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat
illis diebus . Herodes autem uiso I E,
SV, gauisus est ualde. Eratenim cupiens
ex multo tēpore uidere eū , eo quōd au-
dierat multa de eo. Et sperabat signū alii
quod uidere ab eo fieri. Interrogabat agit
eum multis sermonibus. At ipse nihil illi
respondebat. Stabant autem principes
sacerdotum

PASSIO IESV CHRISTI

sacerdotum & scribæ, constanter accu-
fantes eum. Spreuit autē illum Herodes
eū exercitu suo, & illusit indutum ueste
alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt
amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nā
anteā inimici erant ad inuicem. Pilatus
autem conuocatis principibus sacerdo-
tum, & magistratibus & plebe, dixit ad
illos : Obrulisti mihi hominem hunc,
quasi auertentem populum. Et eccè ego
coram uobis interrogans, nullam cau-
sam inuenio in homine isto ex his in qui-
bus eū accusatis. Sed nec Herodes. Nam
remisi uos ad illum, et eccè nihil dignum
morte actum est ei. I. Intravit ergo ite-
rum in prætorium Pilatus, & uocauit
I E S V M, & dixit ei : Tues Rex Iu-
dæorum? Respondit **I E S V S** : A temet
ipso hoc dicis, an alij tibi dixerūt de me?
Respondit Pilatus. Nunquid ego Iu-
dæus sum? Gens tua & Pontifices tra-
diderunt te mihi, quid fecisti? Respon-
dit **I E S V S**. **R E G N V M M E V M**
N O N E S T D E H O C M V N D O.

Six

Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ut nō tras derer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit IESVS: Tu dicas, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundū, ut testimoniu perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam: Dixit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo cau sam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in Pascha: uultis ergo dimittam uobis regem Iudeorum? Clamauerunt rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro, qui L. erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere I E S V M. At illi succlambant, dicentes: Crucifige crucifige eum; Ille autē tertio dixit ad illos: Quid enim malū

PASSIO IESV CHIRISTI

malificus iste? Nullam causam mortis
inuenio in eo. Corripiam ergo illum, &
dimittam. Tunc I. ergo apprehendit Pi-
latus I E S V M, & flagellauit: & mil-
ites plectentes coronam de spinis, im-
suerunt capiti eius, & ueste purpurea cir-
cundederunt eum, & ueniebant ad eum,
& dicebant: Aue rex Iudaorum. Et da-
bant ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilat-
tus & dicit eis: Ecce adduco uobis eum
foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam
inuenio causam. Exiuit ergo I E S V S
foras, portans coronam spineam & pur-
pureum uestimentum. Et dicit eis: EC-
CE H O M O. Cum ergo uidissent
eum Pontifices & ministri, clamabant,
dicentes: Crucifige crucifige eum. Di-
cit eis Pilatus: Accipite eum uos, & cru-
cifigite: ego enim non inuenio in eo
causam. Responderunt ei Iudei: Nos
legem habemus, & secundum legem de-
bet mori, quia filium Dei se fecit. Cum
ergo audisset Pilatus hunc sermonem,
magistimuit. Et ingressus est in prætoriu[m]
iterum

Ierum, & dicit ad I E S V M: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: NON HABERES POTES TATEM aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quarebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & seddit pro tribunal i in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam: Respondebunt Pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Et R. accusabant eum summi

PASSIO IESV CHRISTI

summi sacerdotes in multis, & M. seniores, & nihil respondit. Pilatus. R. autem tunc interrogauit eum, dicens: Non responde quicquam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit. Ita ut miraretur Pilatus praeses M. uehementer. Per R. diem autem festum solebat dimittere illis unum ex vincitis, quemcunq; petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditionis erat uinctus, qui in feditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, coepit rogare sicut semper faciebat illis. Congregatis M. ergo illis, dixit Pilatus: Quem uultis dimittam uobis? Barrabam, an IESVM qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi R. sacerdotes. Se dente M. autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis, & concitauerunt R. turbam, ut M.

M. peterent Barrabam, IESVM uero perderent. Respondens autem praeses, ait illis: Quem uultis uobis de duobus dimicari? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de IESV qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis praeses: Quid enim mali fecit? At illi magis clabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: uos uideritis. Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et Pilatus adiudicauit L. fieri petitionem eorum. Tunc M. dimisit illis Barrabam, IESVM autem flagellatum, tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes I E S V M in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamidem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de

V spinis

PASSIO IESV CHRISTI.

spinis , posuerunt super caput eius , & arundinem in dextera eius:& genuflexo ante eum , illudebant ei , dicentes : Aue rex Iudæorum . Et expuentes in eum , acceperūt arundinem & percutiebant caput eius . Et postq̄ illuserunt ei , exuerunt eum chlamydē , & induerunt eum uestimentis eius , & duxerunt eum ut crucifigerent , Pilatus R. autem uolens populo satisfacere , dimisit illis Barrabam , & tradidit eis IE S V M flagellis cæsum , ut crucifigeretur . Milites autem duxerunt eum intrō in atrium prætorij , & conuocant totam cohortem , & induunt eum purpura , & imponunt ei plectentes spinam coronam , & cœperunt salutare eum : Aue rex Iudæorum . Et percutiebant caput eius arundine , & conspuabant eum , & ponentes genua , adorabant eum . Et postq̄ illuserunt ei , exuerunt illum purpura , & induerunt eū uestimentis suis . Suscepserunt I. aut Iesum , & eduxerunt eū . Et baiulans sibi crucē , exiuit in eum , qui dicitur Caluariæ locū ,

Hebraice

Hebraicè autem Golgotha ubi crucifix
erunt eum & cum eo alios duos, hinc
& hinc, medium autem I E S V M, Et
L. cùm ducerent eum, appræhenderunt
Simonem quendam Cyrenensem, uenientem
de uilla, patrem R. Alexandri & Rufi.
hunc M. angariauerunt, ut tolleret crucem
eius. Et L. imposuerunt illi crucem por-
tare post Iesum. Sequebatur autem illum
multa turba populi et mulieris, que plano
gebant & lamentabantur eum. Conuersus
autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierus-
salé, nolite flere super me, sed super uestis
ipsas flete, & super filios uestros. Quod
niam ecce uenient dies in quibus dicent:
Beatæ steriles & uentres qui nō genuer-
runt, & ubera quæ non lactauerunt.
Tunc incipient dicere montibus, Cadis-
te super nos: & collibus, Operite nos:
quia, SI IN VIRIDI LIGNO hæc
faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur
autem & alijs duo néquam cùm eo, ut in-
terficerentur. Et M. uenerunt in locum
qui dicitur Golgotha, quod est Calvaria.

V 2 locus

AET. PASSIONIS IESV CHRISTI
locus. Et dederunt ei unum bibere cum
felle mixtum, R. myrratum, & M. cum
gustasset, noluit bibere, & R. non accē-
pit. Ibi L. crucifixerunt eum, & latrones,
unum à dextris, & alterum à sinistris. Et
R. impleta est scriptura quæ dicit. Et cù
iniquis reputatus est. I E S V S L. aut
dicebat: PATER DIMITTE ILLIS,
QVIA NESCIVNT Q.VID FA-
CIVNT. Scripsit I. autē & titulum Pi-
latus causæ R. eius, & posuit super cru-
cem, super caput M. eius. Erat L. autem
superscriptio scripta super eū literis Græ-
cis & Latinis & Hebraicis: Hic M. est
I E S V S N A Z A R E N V S R E X
I V D A E O R V M R. Rex Iudæorum
L. Hic est Rex Iudæorum I E S V S I.
Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc I. er-
go titulum multi Iudæorum legerunt
quia prope ciuitatem erat locus, ubi cru-
cifixus est I E S V S. Et erat scriptum
Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebant er-
go Pilato Pontifices Iudæorum: Noli
scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse
dixit,

dixit, Rex sum Iudeorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt fortē. Et milites quidem hæc fecerunt. Erat R. autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Prætereuntes M. R. autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas; salua temet ipsum. Si filius Dei es, descendē de cruce. Similiter & principes sacerdotum ille ludentes, ad R. alterutru cum scribis & M. senioribus dicebant: Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si Rex Israel es, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo; liberet

V 3 cum

PASSIO IESV CHRISTI

eū nūc si uult. Dixit ēm. Quia filius Dē
sum. Idipsum autem & latrones qui crux
cifixi erant cum eo, improperabant ei, &
conuiciabantur. R. Et L. stabat populus
expectans, & deridebant eum principes
cum eis, dicentes : Alios saluos fecit se
ipsum saluum faciat, si hic est Christus
Dei electus. Illudebant autem ei & mi-
litares, accedentes, & acetum offerentes ei,
& dicentes : Si tu es rex Iudæorum, sal-
uum te fac. Vnus autem de his qui pen-
debant latronibus blasphemabat eū, dī-
cens : Si tu es Christus, saluum fac temet
ipsum & nos. Respondens autem alter, in-
crepabat eum, dicens : Neq; tu times Deū,
qui in eadem damnatione es & nos qui-
dem iustè, nam digna factis recipimus:
hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad
I E S V M : Domine, memento mei cū
ueneris in regnum tuum. Et dixit illi I E,
S V S : A M E N D I C O T I B I, ho-
diè mecum eris in Paradiſo. Erat autem ferè
hora sexta. Stabant I. autem iuxta crucē
Iesu matere eius, & soror matris eius Ma-
ria Cleo,

stā Cleophæ, & Maria Magdalene. Cū
 uidisset ergo Iesu matrem & discipulū
 stāntem, quem diligebat, dicit matri suæ:
M V L I E R, E C C E filius tuus. De
 sīndē dicit discipulo: Eccè mater tua. Et
 ex illa hora accepit eam discipulus in suā,
A M. sexta aut̄ hora, et **R.** factā hora sex
 ta. Erat **L.** autem fere hora sexta & tene
 bræ **M.** factæ sunt super uniuersam terrā;
 per **R.** totam terram, in **L.** uniuersam ter
 rā usq; ad horam nonā, & obscuratus est
 sol. Et **M.** circa horā nonā exclamauit
 voce magna, dicens: **HELI HELI, LA**
MAZABATHANI: hoc est, **D**e⁹ me⁹
Deus me⁹, ut quid dereliquisti me? Qui
 dā aut̄ illi cōstantes & audientes, dicebāt:
 Heliā uocat iste. Et cōtinuō cūrēs unus
 ex eis acceptā spōngiā impleuit acēto, &
 imposuit arūdini, & dabat ei bibere. Cæ
 teri itero dicebāt: Sine, uideamus an ue
 niat Heliā liberās eū. Postea I. sc̄lēs IE
 SVS, quia omnia lā cōsumimata sunt, ut
 cōsummeretur scriptura, dicit: **S I T I O,**
 Vas aut̄ positū erat acēto plēhū. Illi autē

V. 4 sp̄ca,

PASSIO IESV CHRISTI

spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset IESVS acetum, dixit:
CONSVMATVM EST. Et clamans uoce magna IESVS, ait:
PATER IN MANVS TVAS COMMENDO SPIRITVM MEVM, & hæc dicens L. R. expiravit. Et inclinato capite tradidit & M. emisit spiritum. Et M. ecce M. R. uelum templi scissum est in M. duas partes in R. duo à summo usq; deorsum. Et M. terra mota est; & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Et multa corpora sanctorum quæ dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Centurio M. R. L. autem, & qui cum eo erant, custodientes IESVM, uiso terramoto & his quæ fabant, & R. quia sic clamans expirasset, timuerunt M. ualde, dicentes: Verè filius Dei erat iste. Et gloria sicut L. Deū centurio, dicens; VERB HIC

HIC HOMO IVSTVS ERAT.
 Et omnis turba eorum, qui simul ade-
 rant ad spectaculum istud, & uidebant
 quæ fiebant, percutientes pectora sua re-
 uertebantur. Stabant autem omnes nos-
 ti eius à longè. Erant M. autem ibi mul-
 lieres multæ à longè R. adspicientes. In-
 ter quas erat Maria Magdalene, & Ma-
 ria Iacobi minoris & Ioseph mater, &
 Salome, & M. mater filiorum Zebedæi.
 Et R. cùm esset in Galilæa, sequebantur
 eum, & ministrabant ei, & aliae multæ
 quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Iudæi I. ergo, quoniam parafces-
 ue erat, ut non remanerent in cruce. cor-
 poræ Sabbatho, (Erat enim magnus di-
 es ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum,
 ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.
 Venerunt ergo milites, & primi qui
 dem fregerunt crura, & alterius qui cru-
 ci fuit est cum eo. Ad I E S V M au-
 tem cùm uenissent, ut uiderunt eum iam
 mortuum, non fregerunt eius crura: sed
 unus militum lancea latus eius aperuit.

V 5 & con-

PASSIO IESV CHRISTI
& continuò exiuit sanguis & aqua. Et
qui uidit, testimonium perhibuit, & uer-
sum est testimoniu[m] eius. Et ille scit quia
uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt
enim hæc, ut scriptura impleretur: Os
non comminuetis ex eo. Et iterum alia
scriptura dicit: Videbunt in quem trans-
fixerunt. Cùm M. autem sero factum es-
set, quia R. erat parasceue, quod est ante
Sabbatum, uenit M. quidam homo dis-
ues ab Arimathæa, nomine Ioseph, no-
bilis R. decurio, uir L. bonus & iustus.
Hic non consenserat consilio & actibus
eorum, qui expectabat & ipse regnum
Dei. Et M. discipulus erat I E S V, oc-
cultus I. autem propter metum Iudeorū.
Et R. audacter introiit ad Pilatum, &
petiit corpus I E S V. Pilatus autem mi-
rabatur si iam obiisset. Et accessito Cen-
turiōne, interrogauit eum si iam mortu-
us esset: & cū cognouisset à Centurio-
ne donauit & M. iussit reddi corpus R.
Ioseph. Ioseph autem mercatus sindo-
gem, & deponens eum, inuoluit sindo-
ne M.

tie M. muda. Venit I. ait & Nicodemus
qui uenerat ad I E S V M nocte primis,
ferens mixturam myrræ & aloes quasi
libras centum. Acceperunt ergo corpus
I E S V , & ligauerunt eum linteis cum
aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
Erat autem in loco , ubi crucifixus est,
hortus , & in horto monumentum no-
rum. Et M. posuit eum Ioseph in monu-
mento suo nouo, quod exciderat in pe-
tra, in L. I. quo nondum quisquam po-
situs fuerat. Ibi I. ergo propter parase-
uen Iudæorum , quia iuxta erat monu-
mentum , posuerunt I E S V M. Et ad-
uoluit M. Ioseph saxum magnum ad
ostium monumenti , & abiit. Maria R.
autem Magdalene & Maria Ioseph ad-
spiciebant ubi poneretur , sedentes M.
contra sepulchrum. Et L. dies erat pa-
rasceues, et sabbatum illucescebat. Sub-
secutæ autem mulieres quas cum equi-
nerant de Galilæa, uiderunt monumen-
tum, & quemadmodum positum erat cor-
pus eius. Et recuerentes, parauerunt aro-
maria

PASSIO IESV CHRISTI

mata & unguenta : & Sabbatho qui
denn filuerunt secundum mandatum. Al-
tera M. autem die quæ est post parasees
ven , conuenerunt Principes sacerdo-
tum & Pharisæi ad Pilatum , dicentes;
Domine, recordari sumus quia seductor
ille dixit adhuc uiuens : Post tres dies
resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrū
usq; in diem tertium , ne forte ueniant
discipuli eius , & furentur eum , & di-
cant plebi , Surrexit à mortuis : & erit
nouissimus error peior priore. Ait illis
Pilatus: Habetis custodiam & Ite,custo-
dite sicut scitis. Illi autem abeentes, mu-
tierunt sepulchrum , signantes lapidem
cum custodibus.

Preces Ecclesie.

CHRISTVS factus est pro nobis obes-
tens usq; ad morem , morem autem crucis.
Propter quod & DEVS exaltauit illum , &
dedic illi nomen quod est super omne nomen.
Respic quæsumus Domine super hanc fas-
militiam tuam , pro qua Dominus noster IES-
VS Christus

S V S Christus non dubitauit manibus tradit
nocentium, & crucis subire tormentorum.

Hymnus de Crucis & redemptio- nis Christi mysterio.

Crux fidelis inter omnes, arbor una nobilis,
nulla sylua talem profert frōde, flore, germine:
dulce lignum dulces clavos, dulce pondus sus-
stinet. Pange lingua gloriofi praelium certamis-
nis, & super crucis trophæum dic triumphum
nobilem, qualiter Redemptor orbis immolas-
tus uicerit. De parentis prothoplasti fraude fas-
eta condolens, quando pomi noxialis morte
morsu corruit, ipse lignum tunc notauit, dama-
pa ligni ut solueret. Hoc opus nostræ salutis
ordo depoposcerat, multiformis proditoris
ars, ut artem falleret, & medelam ferret inde, ho-
stis unde læserat. Quando uenit ergo sacri ples-
titudo temporis, missus est ab arce patris natus
orbis conditor, atq; uentre uirginali caro factus
prodige. Vagitus infans inter arcta conditus praes-
sepia: membra pannis inuoluta uirgo mater
alligat, & manus pedesq; crura stricta cingit
falcia. Lustris sex qui iam peractis tempus incipit
plenus corporis, se uolente natus adhoc passionis
deditus, agnus in cruce leuatur immolandus
stipite. Hic acerum, fel, arundo, sputa, clavi, lans-
cea, mite corpus perforatur; sanguis, unda pro-
fluens

EPISTOLAE ET EVANGELI.

Quis; terra, pontus, astra, mundus quo lacuatur fluvine. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera: & rigor lente scat ille quem dedit natus uitas, ut superni membra regis miti tendas stipe. Quæ sumus salua damnatos agmina lugentium: te Prophetæ cecinerunt redemptore omnium, trophyumq; mortis gustans dans vexillum frontibus. Quem totus mundus non capit, uno saxo clauditur, atq; morte iam perempta, inferni claustra abigit: sic Christus Deus & homo die surgiet tertia. Gloriâ DEO canamus Hymnicis concentibus: quem simul magna nobiscum tota mundi machina uoce consona celebret in sempiterna secula.

Sabbato sancto.

S U M M A R I V M. Sequens Epistola partim congratulatio, partim exhortatio est ad baptizatos. Olim enim hoc die uelut ad prescriptum tempus, certe huic baptizabantur. Ex Euangelio discimus, ex crux iterum clarisq; intelligemus, deuotarum Christo mulierum pia obsequia, ut quem uiuum dilexerant, mortuum etiam ac sepultum in uisitandi et ungendi amicis officijs non negligenter. Adhuc pars historie de Dominica resurrectione, pijs matronis consolationem, impijs uero militibus fore midinem uebementem adserens, sed que crastino etiam siue Paschali festo propriè quadrat.

Epistola

Fratres. Si conſurrexitis cum Christo, quæ ſurſum ſunt quærите, ubi Christus eſt in dextera DEI ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrā. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra eſt abſcondita cum Christo in Deo. Cū autem Christus appauerit uita ueſtra: tunc & uos apparebitis cum iþpo in gloria.

Evangeliuṁ Math. XXVIII.

Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere ſe pulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo: Et accedens reuoluſt lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aspectus eius ſicut fulgur: & uerbi mentum eius ſicut nix. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut

EPISTOLAE ET EVANGEL.

uelut mortui. Respondens autem Angelus , dixit mulieribus : Nolite timere uos, scio enim quod I E S V M, qui crucifixus est , queritis . Non est hic : surrexit enim sicut dixit. Venite & uidete locum , ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius , quia surrexit : Ecce præcedet uos in Galilæam. Ibi cum uidebitis, ecce, prædixi uobis.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ resurrectionis illustras , conserua in noua familie tuæ progenie adoptionis spiritu quem dedisti : ut corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Hymnus Prudentij.

Inuenor rutili Dux bone lumini,
Qui certis uicibus tempora diuidis:
Merso sole chaos ingruit horridum,
Lucem Christe tuis redde fidelibus.

Quamvis

Quamvis in numero fidere regiam,
 Lunariq; polum lampade pinxeris,
 Incusso filicis lumina nos tamen
 Monstrat saxonese mine querere.

Hoc signas opere Conditor inclyte,
 Lumen ueridicum memibus omnium.
 In Christo Domino querere iugiter,
 Qgem petram loquitur doctor egregius.

Ne nesciret homo spem sibi luminis
 In Christi solido corpore conditam,
 Qui dicit stabilem se uoluit petram,
 Nostris igniculis unde genus uenit,

Pingui quos olei rore madenibus
 Lychnis aut facibus pascimus aridis,
 Quin ex fila fauis scirpe a floreis
 Presso melle prius collita fingimus. &c.

X

Die

EPISTOLAE ET EVANGELI



*Dic Sancto Paschæ, uel Domini
nica Resurrectionis.*

S V M M A

DOMINICÆ RESVRRECTIONIS. 255

SVMMARIVM. Hæc dies quam fecit Dominus exultemus et letemur in ea, Halleluia. Verè sancta et incomparabilis planè diei huius, Paschalifq; festè in resurgente CHRISTO celebritas: unde totius anni Dominicæ suū uigorem ac splendorē, ueluti à solaluna, mutuatur. Honorificatus est CHRISTVS (ut Cypriani uerbis utamur) et gloriose laudis triumphos letabunda hodie canit Ecclesia: agum in cœlestibus hec Paschalia gaudia ipsi Angelici spiritus, et resurgentis Domini gloriam admiramus, lætamur, et delectamur in eo, quod forma serui reuersa sit informam DEI, et exinanitio humilitatis ad depositæ altitudinis redierit maiestatem. Honorificatus est CHRISTVS, resurgens à mortuis, uictor mortis, spolians inferos, et captiuos premitens ad supercos. Hucusq; per humilitatis gradus ascendens, modò gloriosus et honore coronatus, nil mortale, nil passibile, retinens, impassibilitatis et immortalitatis donauie nos gloria, et resurgentis in beatitudine constitutus sempiterna. Lactanius aerò ita canit.

Sæc[u]la festa dies, toto uenerabilis ævo,
Qua Deus infernum uicit, et astratenet.
Ecce renascentis testatur gratia mundi,
Omnia cum Domiuo dona redisse suos
Manq[ue]; triumphanti post tristia Tartara Christo;
Yndiq[ue]; fronde nemus, gramine flore fauent.

X Legibus

EPISTOLA ET EVANGELIVM:
Legibus inferni oppressis, super astra mea mem
Laudare rite DE V M lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat D E V S, ecce per omnia regnat,
Daneq; creatori cuncta creata precem.

Verum autem huius festi usum Epistola docet
Baptizatos, ut quomodo C H R I S T V S surrexit a
mortuis per gloriam Patris, ita et illi in nouitate
uite ambulent, uerumq; pascha celebrantes a uitijs
ad uirtutes, a peccato ad gratiam, ex hoc mundo ad
patrem transiit faciant. Hoc enim est, uetus fermentum
cum azymis synceritatis et ueritatis commutare, et
absq; fermento consperationem nouam adferre cum
gaudio spiritu alle. Porro Marcus Euangelista, ut ue-
rum ueri Leonis rugitum agnoscas, sanctae C H R I-
S T I resurrectionis nuncium primò per Angelum,
deinde per mulieres sanctas declarat, addens carun-
dem officiosam erga mortuum C H R I S T V M pie-
tatem.

Epistola I. Corinth. V.

Fratres, Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut e-
stis azymi. Etenim pascha nostrum im-
molatus est C H R I S T V S. Itaq; epu-
lemur, non in fermento ueteri, neq; in
fermento

fermento malitiæ & nequitiaæ , sed in
azymis synceritatis & ueritatis.

Evangeliū Marc. XVI.

IN illo tempore , Maria Magdalene,
& María Iacobi , & Salome emerunt
aromata , ut uenientes ungerent I E.
S V M. Et ualde manè una Sabbato,
rum ueniunt ad monumentum , orto
iam sole , & dicebant ad iuicem : **Quis**
reuoluet nobis lapidem ab ostio monu-
menti ? Et respicientes uiderunt reuolu-
tum lapidem. Erat quippe magnus ual-
de. Et introeuntes in monumentum , ui-
derunt iuuenem sedentem in dextris , co-
opertum stola candida : & obstupe-
runt. **Qui** dicit illis : **Nolite expauescere:**
I E S V M queritis Nazarenum cruci-
fixum : surrexit , non est hic. Eccè locus
ubi posuerunt eum. Sed ite , dicite disci-
pulis eius & Petro , quia præcedet uos
in Galilæam : ibi eum uidebitis , sicut di-
xit uobis.

X 3 Oratio

EPISTOL. ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiae.

D E V S qui hodierna die per unigenitum
tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte
reserasti, uota nostra, quæ præueniendo aspis
ras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem
Dominum nostrum I E S U M Christum fi-
lum tuum.

Cantica Paschalia.

Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus
& letemur in ea. Confitemini Domino quoniam
am bonus: quoniam in seculum misericordia
eius, Halleluia. Pascha nostrum immolatus est
C H R I S T U S. Epulemur in azymis syna-
ceritatis & ueritatis, Halleluia.

Hymnus.

Victimæ paschali laudes immolent Christia-
ni. Agnus redemit oves: C H R I S T U S inno-
cens patri reconciliauit peccatores. Mors &
uita duello conflixere mirando: dux uitæ mors
tuus regnat uiuus. Dic nobis Maria quid uidis-
isti in via? Sepulchrum C H R I S T I uiuentis,
& gloriam uidi resurgentis. Angelicos testes,
sudarium & uestes surrexit C H R I S T U S spes
mea, precedet suos in Galileam. Credendum
est mas

est magis soli Mariæ ueraci, quam Iudeorum
turbæ fallaci. Scimus CHRISTVM surrexisse
ex mortuis uerè: tu nobis Victor rex miserere.

Feria II. Paschæ.

SUMMARIUM. Epistola insigne testimonium est
de resurrectione Christi, quod Petrus edidit Cesarea
apud Centurionem, cum ei primum de Christo Euange-
lizat, paucis explicans uitam, mortem, resurrectionem
et potestate Redemptoris. Euangelium est de appariti-
one Christi iam rediuiui, facta duobus discipulis apud
Emmaus in fractione panis. Hinc docetur non modo fa-
de ab omni titubatione ac tarditate vindicare, sed etiam
de sacris libenter colloqui, bene arguentem audire, ho-
spitalem esse, mastos consolari, beneficia Dei praedicare.

Epistolaris lectio. A clo. X.

IN diebus illis, stans Petrus in medio
plebis, dixit: Viri fratres, uos scitis
quod factum est uerbum per uniuersam
Iudeam. Incipiens enim a Galilaea post
Baptismum quod prædicauit Ioannes,
IESVM à Nazareth, quomodo uni-
xit cum Deus spiritu sancto & uirtute,

X 4 qui

EPISTOLAE ET EVANGELI

qui pertransiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudeorum & Hierusalem , quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die , & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo , nobis qui mandatis cauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari , quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex uiorum & mortuorum . HVIC OMNE S PROPHETAE testimonii perhibet, remissionē peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Euangelium Lucæ XXXIII.

IN illo tempore, Duo ex discipulis IESU ibant ipsa die in castellum , quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab Hierusalē, nomine Emmaus : & ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant,

acciderant. Et factum est, dum fabula-
rentur & secū quærerent, & ipse IESVS
appropinquans, ibat cum illis. Oculi au-
tem illorum tenebantur, ne eum agno-
scerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi ser-
mones quos confertis ad inuicem ambu-
lantes, & estis tristes? Et respondens
unus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu
solus peregrinus es in Hierusalem, & nō
cognouisti quæ facta sunt in illa his die-
bus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixer-
unt: De Iesu Nazareno, qui fuit VIR
PROPHETA, POTENS in opere,
& sermone coram Deo, & omni popu-
lo: & quomodo eum tradiderunt sumi-
mi sacerdotes, & principes nostri in dā;
nationem mortis, & crucifixerunt eum.
Nos autem sperabamus quia ipse esset
redempturus Israel. Et nunc super hæc
omnia tertia dies est hodie, quod hæc fa-
cta sunt. Sed & mulieres quædā ex no-
stris terruerunt nos, quæ ante lucē fue-
runt ad monumentum, & non inuenient
corpo eius, uenerunt, dicentes se etiam.

X 5 uisionem

EPISTOLAE ET EVANGELIA

uisionem Angelorum uidisse, qui dicitur
eum uiuere. Et abierunt quidam ex no-
stris ad monumentum, & ita intenerunt
sicut mulieres dixerunt, ipsum uero non
iuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O
STVLTI ET TARDI corde ad cre-
dendum in omnibus quae locuti sunt
Prophetæ. Nonne haec oportuit pati
Christum, & ita intrare in gloriam suam?
Et incipiens a Moysi & omnibus Pro-
phetis, interpretabatur illis in omnibus
scripturis, quae de ipso erant. Et appro-
pinquauerunt castello quo ibant, & ipse
se finxit longius ire. Et COEGE-
RVNT ILLVM, dicentes: Mane no-
biscum Domine, quoniam aduerserat, &
inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. Et
factum est, dum recumberet cum eis, ac
cepit panem, & benedixit ac fregit, &
porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eo-
rum, & cognoverunt eum: & ipse euauit
ex oculis eorum. Et dixerunt adiuicem:
NON NE COR NOSTRVM ar-
dens erat in nobis, dum loqueretur in uia,
et aperiret

& aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadē hora, regressi sunt in Hierusalē : & inuenierūt congregatos undecim, & eos qui cū illis erant, dicentes; Quod surrexit dominus uerè, et apparuit Simoni. Et ipsi narrabāt quae gesta erāt in uia, & quomodo cognoverūt eū in fractiōe panis.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui solennitate Paschali mundo remes dia contulisti, populum tuum quæsumus Domine coeli dono prosequere: ut & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad uitam proficiat sempiternam. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Hymnus Paschalis.

Ad coenam agni prouidi, & stolis albis canas didi, post transītum maris rubri Christo canas mus principi. Cuius corpus sanctissimum, in ara crucis torridum, crux eius roseo, gustando uolumus DEO. Protecti paschæ uespere a deustante Angelo, erepti de durissimo Pharaonis imperio. Iam Pascha nostrum CHRIS STVS est, qui immolatus agnus est: Synecris tatis azyma Caro eius oblata est. O VERB DIGNA HOSTIA per quam fracta sunt tartara, redempta plebs captiuata, redditam uitam premis.

EPISTOL. ET EVANGEL.

præmia. Cum surgit C H R I S T V S tumulo,
victor redit de barathro , Tyrannum crudens
vinculo & reserans paradisum. Gloria tibi D o s
mine, qui surrexisti à mortuis, cum patre & sancto
& o Spiritu in sempiterna secula, Amen.

Feria III. Pascha.

S V M M A R I U M. Aliud testimonium de Christi
fili resurrectione, quod Apostolus Paulus Antiochiae
protulit apud Iudeos , eodem adductis Propheticis
oraculis. In Euangelio Christus resurrectionem suā
discipulis comprobat, cūm se illorum oculis uidendū,
manibus conrectandum, in sumendo cibo mensē for-
cium, in docendo preceptorem & scripturarum in-
terpretē exhibet. Observa, difficilem esse scriptu-
rarum cognitionem, & Euangelium nō minus uera-
seri circa p̄dicationem p̄nitemia, quam circa
promissionem gratie.

Epistolaris lectio Actorum XIII.

I N diebus illis, Surgens Paulus et ma-
nu silentium indicens ait: Viri fratres,
filij generis Abraham , & qui in uobis
timent Deum, uobis uerbum salutis hu-
sus missum est. Qui enim habitabat Hie-
rusalem et principes eius, ignorantes IE.
S V M &c

SVM & uoces Prophetarum , quæ per omne Sabbatum leguntur , iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo , petierunt à Pilato , ut interficerent eum. Cumq; consummasset omnia quæ de eo scripta erant , deponentes eū de ligno , posuerunt eum in monumento. Deus uero suscitauit eum à mortuis tertia die : qui uisus est per dies multos his qui simul ascenderant cū eo de Galilæa in Hierusalem , qui usq; nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos uobis annuntiamus eam , quæ ad patres nostros repromissio facta est : quoniam hanc Deus adimpleuit filijs uestris , resuscitans I E S V M C H R I S T V M Dominum nostrum.

Euangelium Lucae XXXIII.

I N illo tempore , Stetit IESVS in me-
dio eorum , & dixit eis : PAX VO-
BIS : E GO SVM : NOLITE TI-
MERE. Conturbati uero & conterriti ,
existima-

EPISTOL. ET EVANGEL.

existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis : Quid turbati estis , & cogitationes ascendunt in corda vestra ? Vide me manus meas & pedes , quia ego ipse sum. Palpate & uidete ; quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus praegaudio , dixit : Habetis hic aliquid quod manducetur ? At illi obtulerunt ei partem pisces assi & fatum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos, Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum : quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi , & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut inteligerent scripturas , & dixit eis : Quoniam sic scriptum est, & sic O P O R T E B A T C H R I - stum pati , & resurgere a mortuis tertia die : & prædicari in nomine eius P O E - N I T E N T I A M E T R E M I S S I O - N E M

NEM peccatorum in omnes gentes.

Oratio Ecclesiae.

D E V S qui Ecclesiam tuam nouo sensper
foetu multiplicas, concede famulis tuis ut sacra
mentum uiuendo teneant, quod fide percepes
runt. Per Dominum nostrum IESVM Christum
filium tuum.

Peria IIII. Paschæ.

S V M M A R I V M. Et hic perspicue' testatur
Petrus, trucidatum a iudeis Christum reuixisse: nec
solùm Messie necem ut nebandum crimen illis au-
thoribus obijcit, sed etiam ut bonus medicus uulneran-
tis medicinam salutarem, id est, poenitentiā proposi-
nit. Evangelium docet, Christum suis ad mare Ty-
beriadis seu Galileæ pisanib[us] ita, ut omnes rediuia-
num agnoscerent, apparuisse. Ita paulatim & nos
ad cognitionem Dei diuinarūq[ue] rerum adducimur,
cum uitantes otium, præsertim in obediencie & cha-
ritatis operibus exercitamus.

Epistola ex Act. Aposto. III.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suis
dixit: Viri Israelitæ & qui timetis
DEVM, audite: Deus Abraham, et Deus
Iaac, & Deus Iacob, Deus patrū no-
strorum

EPISTOL ET EVANGEL.

frorū, glorificauit filium suū IESVM, quem uos quidem tradidistis & negauistis ante faciem Pilati, iudicante illo dimiti: Vos autem sanctum & iustum negauistis, & petistis uirum homicidam donari uobis: authorem uero uitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis: cuius nos testes sumus: & in fide nominis eius huc quē uos uidetis & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit integrā sanitatem istam in conspectu omnium uestrum. Et nunc fratres scio, quia per ignorantia fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem qui prænuntiauit per os omnium suorum Prophetarum pati Christum suum, sic impleuit. POENITEMINI igitur ET CONVERTIMINI, ut deleantur peccata uestra.

Euangelium Ioan. XXXI.

IN illo tempore, Manifestauit se iterū IESVS discipulis suis ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic: Erant simul

Simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ : & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo . Dicit eis Simon Petrus : Vado pescari. Dicunte ei : Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderūt in nauim , & illa nocte nihil prenudiderunt. Mane autem iam facto , stetit I E S V S in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia IESVS est. Dicit ergo eis IE S V S : Pueri, nunquid pulmentarium habetis ? Responderunt ei : Non . Dicit eis : Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium . Dicit ergo discipulus ille quem diligebat I E S V S , Petro : D O M I N V S E S T . Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus) & miliit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longè erat à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium . Ut ergo descenderunt in

Y terram

EPISTOL. ET EVANGEL.

terram, uiderunt prunas positas, & pīscē superpositum & panem. Dicit eis IESVS: Afferte de pīscibus quos prendis, distis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis pīscibus, centum quinquaginta tribus. Et cūm tanti essent, nō est scīssum rete. Dicit eis IESVS: Venite, prandete. Et nemo audebat discubentium interrogare eū, Tu quis es? Scientes quia Dominus nūs est. Et uenit IESVS & accepit panem, & dabat eis, & pīscē similiter. Hoc iā tertio manifestatus est IESVS discipulis suis, cūm resurrexisset à mortuis.

Oratio Ecclesiae.

D E V S qui nos resurrectionis Dominicā annua solennitate lātificas, concede propitiū, ut per temporalia festa quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Feria V. Paschæ.

S V M M A R I V M. Historia est de Eunucbo, quem admirabiliter Philippus ex Isaia docuit CHRISTI

CHRISTI fidem, & citò edictum baptizauit. Habet Euangeliū & suam historiam de Magdalena plorante ad monumentum Dominicū. Illi sub horatulani specie CHRISTVS se nōscendum exhibet, ac per illā Apostolos omnes cōsolatur. Vna Magdalena est, quæ ut doloris in pœnitentia, sic amoris lachrymas in gaudio resurrectionis docet fundere.

Lectio, Actv. VIII.

IN diebus illis. Angelus Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade contra meridiem ad uiam quæ descendit ab Hierusalē in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abiit. Et ecce uir Aethiops Eunuchus potes Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius, uenerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur sedēs super currum suum, legensq; Isaiam Prophetam. Dixit autem sp̄ritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autē Philippus, audiuit eum legentem Isaiam Prophetam & dixit: Putas ne intelligis quæ legis. Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit

Y 2 mihi

EPISTOL. ET EVANGEL.

misi: Rogauitq; Philippum ut ascenderet, & sederet secum. Locus autem scripturæ quam legebat, erat hic: T A N QVAM OVIS ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationē eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra uita eius. Respondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Obssecro te, de quo Propheta dicit hoc: De se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi I E S V M. Et dum irent per viam, uenerunt ad quādam aquā. Et ait Eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autē Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait: C R E D O F I L I , V M D E I E S S E I E S V M Christum. Et iussit stare currum: Et descenderunt uterq; in aquā Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascenderent de aqua, spiritus Domini rapuit Philippum.

Philippum, & amplius non uidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens, Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens Euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaræam, nomen Domini nostri IESVS CHRISTI.

Euangelium Ioan. XX.

IN illo tempore, Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum. Et uidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput & unum ad pedes, ubi positū erat corpus IESV. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia Tulerunt Domini NVM MEVM & nescio ubi posuerūt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit IESVM stantem, & non sciebat quia IESVS est. Dicit ei IESVS. Mulier quid ploras? Quem quaeris? Illa existimans quia hortulanus esset,

EPISTOL. ET EVANGEL.
esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eū,
dico mihi ubi posuisti eum: & ego eum
collam. Dicit ei I E S V S: Maria. Con-
uersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur
Magister. Dicit ei I E S V S: Noli me
tangere. Nondum enim ascendi ad pa-
trem meū. VADE autem AD FRA-
TRES MEOS, & dic eis: Ascendo ad
patrem meum & patrem uestrum; Deū
meum, & Deum uestrum. Venit Maria
Magdalene annuntians discipulis, quia
vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Oratio Ecclesie.

D E V S qui diueritatem gentium in con-
fessione cui nominis adunasti, da ut renatis fon-
te baptismatis una sit fides mentium, & pietas
actionum. Per Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Feria VI. Paschæ:

SVMMARIVM. Proponit Epistola ingentē fru-
tum passionis, mortis ex resurrectionis CHRISTI,
& ad baptizatos applicat: ut ritè sciamus uti tanto
beneficio Redemptoris. Eodem quoq; spectat Euangeliū,
quo CHRISTI resurrectio, & Evangelizandi
baptizandi munus Apóstolis a Domino commen-
datur.

Epistola

Epiſtola I. Petri III.

Charissimi, Christus semel pro pec-
catis nostris mortuus est, iustus pro
iniustis: ut nos offerret DEO mortifica-
tos quidē carne, uiuificatos autē spiritu.
In quo- & his qui in carcere erant spiritu
uenientes prædicauit: qui increduli fuerant
aliquando, quādo expectabant Dei pa-
tientiam in diebus Nōe, cūm fabricare-
tur arca, in qua pauci, id est, octo animæ
saluæ factæ sunt per aquā. Quod & uos
nūc similis formæ saluos facit baptisma:
non carnis deposito sordium, sed con-
scientiæ bonę interrogatio in Deum per
resurrectionem I E S V Christi, qui est
in dextera Dei.

Evangeliū Math. XXVIII.

IN illo tēpore, Undecim discipuli abie-
runt in Galilæā in montē, ubi cōstitue-
rat illis Iesuſ. Et uidētes eū adorauerūt,
quidā aut̄ dubitauerūt. Et accedēs Iesuſ
locutus est eis, dicens. Data est mihi ois
potestas

EPISTOLÆ ET EVANGELI.

poteſtas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus sanctis
DOCENTES EOS SERVARE OMNIA quecunq[ue] mandaui uobis. Et **ECCE EGO VOBISCVM SVM** omnibus diebus usq[ue] ad consummationem ſeculi.

Oratio Ecclefiae.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Paſchale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti, da mentib[us] nostris, ut quod profefſione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Sabbato post Paſcha.

S V M M A R I V M. Pro veteri quidem more patrum, hoc tempore agit Ecclesia cum recens baptizatis, quos in larvam infantium hodie & cras prouocat ad innocentiam ac uitæ ſimplicitatem: quibus & Christianum suæ ſalutis authorem, & Christianæ profefſionis dignitatē oculos ponit, atq[ue] commendat. Hoc in Epiftola tractantur, cui adheret Euangelium de ſtudio Magdalene, Petri & Ioannis in monumēto Dominico inuifendo. Latet autem pulchrum hic mysterium, quod ex genibus baptizatos recret. Curare debet

rebus duo simul Petrus & Ioannes: hic prior ad modum numerū uenit et non introiuit, nempe Synagogam significans, quæ habens legem & Prophetas, prior Dominicam Paſſionem legit, sed credere in mortuum noluie. Petrus aut̄ posterior uenit, sed prior introiuit, ut typū uideas gentiū, qui posterius ad paſſionis Christi notitiam peruerterunt, sed prius ad fidem accesserunt.

Epistola I. Petri II.

Charissimi, Deponentes omnē maledictionē, & omnem dolum, & similitudines, & inuidias, & omnes detractio-nes, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. Ad quē accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides uiui superedificamini dominus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerētes spirituales hostias, acceptabiles Deo per IESVM Christum. Propter quod continet scripturā, Eccepono in

Y s Sion

EPISTOL. ET. EVANGELI.

Sion lapidem summum, angularē, probatum, electū, pretiosum, & qui crediderit in eū, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus aut lapis, quē reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Et LAPIS OFFENSIONIS, ET PETRA SCANDALI his qui offendunt uerbo, nec credūt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius qui de tenebris uos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus DEI, qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti.

Euangelium Ioan. XX.

IN illo tempore, Vna Sabbati Maria Magdalene uenit manē, cum adhuc tenebrae essent ad monumentum: & uisit lapidem sublatum à monumēto. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum,

trum , & ad alium discipulum quē amabat I E S V S : & dicit illis : Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus , & uenerunt ad monumentum. Currebant autē duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & uenit prīmus ad monumentū. Et cùm se inclinasset, uidit posita linteamina: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentū. Et uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positū, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui uenerat prīmus ad monumētū: & uidit, & credidit. Nondū em̄ sciebāt scripturā, quia oportet eum à mortuis resurgere.

Oratio Ecclesiae.

Concede quæsumus omnipotens D E V S, ut qui festa Paschalis uenerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum nostrū I E S V M Christū filiū tuū,

Domi

EPISTOL. ET BVANGEL.
Dominica I. Post Pascha, quæ
in albis dicta.

SUMMARIUM. Veteris Ecclesie fuit institutum, baptizare fideli Christiane candidatos Sabbato sancto, et baptizatos uestibus induere, quas post quam hebdomada tota gestassent, besserno sabbato deponebat. Hinc durant etiamnum bac nomina, sabbatum et Dominica in albis. Admonebat aut illa ceremonia baptizatos partim accepte, partim retinende atque confirmande puritatis et innocencie, quam in baptismate per Christum accepissent. Atque hoc non male quadrat Epistola Ioannis, que baptizatis repetit ac proposuit mirabile DEI filiorum generationem. Et regenerationem in fide uirtutem, ueramque fidei operationem in mundo uincendo et Christo cognoscendo. Euangeliu quoque fidei clarum testimonium praebet, dum sicut alia totius hebdomade superioris Euangelia, resurrectione Christi (que fidei, spei et salutis Christiane basis existit) euidenter astruit, ac precipue per Thomam prius dubitaneis confessionem potenter illustrat. Sunt et alijs insignes hic loci, de pace uera, de gaudio Christiano, de clauibus Ecclesiae: de dignitate itidem, misione, uocatione, et potestate sacerdotum, de passione erga oues errantes officio, de fide gentium, et fidei uirtute atque commendatione.

Epistola

Epistola I. Ioan. V.

Charissimi, Omne quod natum est
ex Deo uincit mundum : & hæc
est uictoria , quæ uincit mundum , fides
nostra. Quis est autem qui uincit mun-
dum, nisi qui credit, quoniam I E S V S
est filius Dei : Hic est qui uenit per a-
quam & sanguinem I E S V S Chri-
stus : non in aqua solum, sed in aqua &
sanguine. Et spiritus est qui testificatur,
quoniam Christus est ueritas , quoniam
tres sunt qui testimonium dant in cœlo:
Pater, uerbum , & spiritus sanctus : & hi
tres unum sunt. Et tres sunt qui testimo-
nium dant in terra: spiritus, aqua & san-
guis : & hi tres unum sunt. Si testimo-
nium hominum accipimus, testimonium
Dei maius est; quoniam hoc est testimo-
nium Dei quod maius est, quoniam testi-
ficatus est de filio suo : Qui credit in fi-
lium Dei, habet testimonium Dei in se.

Evangeliū Ioannis XX.

Cum

EPISTOL. ET EVANGEL.

CVm sero esset die illo una Sabba-
torum , & fores essent clausæ , ubi
erant discipuli congregati propter metu
Iudæorum , uenit I E S V S & stetit in
medio , et dicit eis : Pax uobis . Et cū hæc
dixisset , ostendit eis manus & latus . Ga-
buis sunt ergo discipuli uiso Domino .
Dixit ergo eis iterum : Pax uobis . Sicut
missit me pater , & ego mittu uos . Hæc
cū dixisset , insufflauit , & dicit eis : Ac-
cepite spiritum sanctum . Quorum temi-
seritis peccata , remittuntur eis : & quo-
rum retinueritis , retenita sunt . Thomas
autem unus ex duodecim , qui dicitur Di-
dymus , non erat cum eis quando uenit
I E S V S . Dixerunt ergo ei alij disci-
puli : Vidimus Dominum . Ille autem
dixit eis : Nisi uidero in manib[us] eius fi-
xuram clauorum , & mittam digitum
meum in locum clauorum , & mittam
manum meam in latus eius , non cre-
dam . Et post dies octo iterum erat disci-
puli eius intus , & Thomas cum eis . Ve-
nit I E S V S ianuis clausis , & stetit in
medio

medio, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & affer manuam tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respōdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei I E S V S: Quia uidisti me Thoma, credidisti: Beati qui nō uiderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit I E S V S in conspectu discipulorum suorum, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quia I E S V S est Christus filius Dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

Oratio Ecclesiæ.

Præsta quæsumus omnipotens D E V S, ut qui Paschalia festa peregrimus, hæc, te largiente, moribus & uita teneamus. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum Paschale.

Halleluja, surrexit pastor bonus, qui posuit animam suam pro omnibus suis, & pro suo gregi mori dignatus est.

Domine

EPISTOL. ET EVANGEL.
Dominica II. post Pascba.

SUMMARIUM. Habet hec Epistola com
mune cum Euangelio, quod utrobiq; Christus uerè et
summe bonus esse pastor ostēditur. Pascit ille nos uer-
bo et exemplo sanctissime uite, docens imitandi suā
mansuetudinem, patientiā, innocentiam, iustitiā, ue-
luti Petrus ostendit. Pascit itidem sacrificio corporis
& sanguinis sacrosancti, sicut in cruce pro nobis ob-
tulit, et in altaris sacramēto reliquit. Nec solū de pa-
store bono, sed etiā de infideli mercenario, et seu lu-
potractat Euāgeliū, Christoq; diuersas oves assignat.
Quium est pastoris audire uocem, & lupum fugere.

Lectio I. Petri II.

CHARISSIMI, Christus passus est pro
nobis, uobis relinquens exemplū,
ut sequamini uestigia eius. Qui pecca-
tum non fecit, nec inuentus est dolus in
ore eius. Qui cum malediceretur, non
maledicebat: cùm pateretur, non com-
minabatur. Tradebat autem iudicanti se
in iustē, qui peccata nostra ipse pertulit in
corpore suo super lignum, ut peccatis
mortui iustitiae uiuamus, cuius liuore sa-
nati estis. Eratis enim sicut oves erran-
tes, sed

tes, sed conuersi estis nunc ad pastorem
& Episcopum animarum uestrarum.

Evangeliū Ioannis X.

IN illo tempore, Dixit I E S V S disci-
pulis suis; Ego sum pastor bonus. Bo-
nus pastor animam suam dat pro ouibus
suis. Mercenarius autem, & qui non est
pastor, cuius non sunt oves propriæ, ui-
det lupum uenientem, & dimittit oves;
& fugit: & lupus rapit & dispergit oves.
Mercenarius autē fugit quia Mercena-
rius est, & non pertinet ad eum de oui-
bus. Ego sum pastor bonus, & cognosco
oves meas, & cognoscunt me meæ. Si-
cut nouit me pater, & ego agnosco pa-
trem, & animam meam pono pro oui-
bus meis. Et alias oves habeo, quæ non
sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me ad-
ducere, & uocem meam audient, & fiet
unum ouile & unus pastor.

Oratio Ecclesiæ.

DE V S qui in filij cui humilitate faciente
mundum crexisti, fidelibus tuis perpetuam cōsi-
cēde

EPISTOL. ET EVANGEL.

cede lætitiam, ut quos perpetuae mortis et ipsa
sti casibus, gaudij quoq; facias sempiterne
perfrui. Per eundem Dominum nostrum Iesu
SVM Christum filium tuum.

Dominica III. post Pascha.

S V M M A R I V M. In Epistola refelluntur, qui
Christianā libertatem lactantes, et tam turpiter quam
licenter abutuntur. Vera in Christo libertas immunit
a iustis et carnis desiderijs facit, splendore uirtutū,
omnique bene merendi studio cōprobanda est, et eam
requirit obediētiā, que bonis et improbis magistra-
tibus ex animo tribuatur. Quare nō suauis carni, et
facilis res est Christiana libertas, cuius primi et pre-
cipui assertores Apostoli extitere. His ut Euangelii
docet, dura prorsus ac tristia, que Christus prenun-
ciat, perferenda proponuntur, ut idcirco etiā uelut ad
certamē paulatim preparētur, ac sive futuri succe-
sus et gaudij corroborētur. Focilix huius tēporis tristia
quaerit immēsa et eterna cœli lætitia cōmutatur.

Epistola I. Pet. II.

Charissimi, Obscurō uos tanquam
aduenas & peregrinos abstinete
uos à carnalibus desiderijs, quæ militant
aduersus animam, conuersationem ue-
stram

stram inter gentes habentes bonam, ut
in eo quod detrectant de uobis tanquam
de malefactoribus, ex bonis operibus
uos considerantes, glorificant Deum in
die uisitationis. Subiecti igitur estote
omni humanæ creaturæ propter Deum:
sive regi, quasi præcellenti: sive duci-
bus, tanquam ab eo missis ad vindictam
malefactorum, laudem uero bonorum:
quia sic est uoluntas Dei, ut benefaci-
entes, obmutescere faciat impruden-
tium hominum ignorantiam: quasi li-
beri, & non quasi uelamen habentes
malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.
Omnes honorate, fraternitatem diligi-
te, Deum timete, regem honorificate.
Serui, subditi estote in omni timore do-
minis, non tantum bonis & modestis,
sed etiam dyscolis. Hæc est enim gra-
tia Dei in Christo I E S V Domino
nostro.

Evangeliū Ioan. XVI.

Z 3 In illo

EPISTOL. ET EVANGEL.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Modicum, & iam nō uidebitis me: & iterum modicū, & uidebitis me quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad iuicē: Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & non uidebitis me: & iterū modicum & uidebitis me, & quia uado ad patrem. Discabant ergo, Quid est hoc quod dicit, Modicum: Nescimus quid loquitur. Cognouit autē IESVS quia uolebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæratis inter uos, quia dixi, Modicum, & nō uidebitis me: & iterū modicum, & uidebitis me. Amèn amèn dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius; cum autem pepererit puerum, iam nō meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis; Iterū autem uideo

debo uos, & gaudebit cor uestrum &
gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

Oratio Ecclesiæ.

DEUS qui errantibus, ut in viam possint
redire iustitiae ueritatis tuae lumen ostendis: da
cunctis qui Christiana professione censentur, &
illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, &
ea quæ sunt apta sectari. Per Dominum nostrum
LEM CHRISTUM filium tuum.

Dominica IIII. post Pascha.

S U M M A R I U M. Ostendit Epistola, diuinitus
homini quemque sume præstata munera, id presertim
per quod in Christo regeneramur, contingere. Tum
prohibet impedimenta, que regeneratis sepe nocent
maxime in uerbo DEI recte accipiendo, uidelicet los
quacitatē, iracundiam, malitiam, et id genus alia car-
nis ac spiritus inquinamenta. Impediuit etiā Aposto-
los, cum Christum audirent ad mortem discessurum
tristitia, ut binc ad audiendum Euangeliū minus co-
positi uideremur. Sed hos tristes nunc Dominus co-
solatur, promisso illis paracleto & spiritu, qui per
ipsos mundū & Sathanā triumphaturus, et crucifixū
Meū maiestatem ac innocentiam asserturus esset. Ila-
lud autem ad presentem quoque consolationem nostrā fa-
cit, quod Ecclesiæ sue promittit Veritas spiritū uerit-

Z 3 tatis, ut

EPISTOL. ET EVANGELI.

et ut columnā ueritatis Ecclesia fiat semper
praeualeat contra portas inferorum.

Epiſtola Iacob. I.

CHarissimi, Omne datū optimum,
& omne donū perfectū, desursum
est, descendens à patre luminū, apud quē
non est transmutatio, nec uicissitudinis
obumbratio. Volūtariè enim genuit nos
uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod
creatūræ eius. Scitis fratres mei dilecti-
simi. Sit autem omnis homo uelox ad
audiendum, tardus autem ad loquendū,
& tardus ad iram. Ira enim uiri iustitiam
Dei non operatur. Propter quod abiici-
entes omnem immunditiam & abun-
dantiam malitiæ, in mansuetudine susci-
pite insitum uerbum, quod potest salua-
re animas uestras.

Evangeliū Ioan. XV I.

IN illo tempore, dixit IESVS discipu-
lis suis: Vado ad eum qui misit me &
nemo ex uobis interrogat me. Quò ua-
dis?

dis? Sed quia hæc locutus sum uobis,
tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego
ueritatem dico uobis: expedite uobis ut
ego uadam. Si enim nō abiéro, paracles-
tus non ueniet ad uos. Si autem abiéro,
mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille
arguet mundum de peccato, & de iustis-
tia, & de iudicio. De peccato quidē, quia
non crediderunt in me. De iustitia uero,
quia ad patrem uado, & iam non uide-
bitis me. De iudicio autem, quia prin-
ceps huius mundi iam iudicatus est. Ad
huc multa habeo uobis dicere, sed non
potestis portare modō. Cūm autem ue-
nerit ille spiritus ueritatis, docebit uos
omnem ueritatem. Non enim loque-
tur à semetipso: sed quæcumque audiet,
loquetur: & quæ uentura sunt, annun-
ciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de
meo accipiet, & annunciat uobis.

Oratio Ecclesie.

DEVS qui fidelium mentes unius effici
Z 4 voluntatis

EPISTOLÆ ET EVANGELI

uoluntatis, da populi⁹ tui id amare quod preceptis, id desiderare quod promittis: ut intermundanas uarietates ibi nostra fixa sint corda, ubi uera sunt gaudia. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuom.

Dominica V. post Pascha.

S V M M A R I V M. Non sat est audire uerbum DEI & Euangeliū iactare. Benefactis enim fides, libertas & religio Christiana comprobanda, cœlestisq; beatitudo cuiq; promerenda est Iacobotestie. Rursus in Euangelio Christus cōsolatur, maculosq; post cœnam suorū animos erigit ingentibus promissis, si recte modo precentur, freti meritis Redemptoris. Sic, in Christi nomine scilicet, precatur Ecclesia, cū Sanctos etiā implorat, semper adiiciens illud. Per Christum Dominum nostrum. Postrema Euangeliū pars est, de sapientia Christi confessio eximia discipulorum.

Epistola Iacob. I.

CHarissimi, Estote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uoluntipos: quia si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui au-

tem

tem perspexerit in lege perfectæ liberta,
tis, & permanserit in ea, non auditor ob-
liuiosus factus, sed factor operis, hic bea-
tus in facto suo erit. Si quis autem putat
se religiosum esse, non refrenans linguam
suam, sed seducens cor suum, huius ua-
na est religio. Religio munda & imma-
culata apud Deum & patrem hæc est,
misitare pupillos & uiduas in tribulatio-
ne eorum, & immaculatum se custodire
ab hoc seculo.

Euangelium Ioan. XVI. I.

IN illo tempore, Dixit IESVS disci-
pulis suis, Amén amén dico uobis: Si
quid petieritis patrem in nomine meo,
dabit uobis. Vsq; modò nō petistis quicq;
quam in nomine meo. Petite, et accipie-
tis, ut gaudium uestrum sit plenum. Hæc
in prouerbijs locutus sum uobis. Venit
hora, cùm iam non in prouerbijs loquar
uobis, sed palam de patre meo annun-
tisabo uobis. In illo die in nomine meo
petetis, & non dico uobis, quia ego re-

Z S gabo

EPISTOL. ET EVANGEL.

Gabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum. Iterūm relinqu munus, et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius : Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicas. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi.

Oratio Ecclesiae.

DEVS à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirans te quae recta sunt, & te gubernante eadem facias nos. Per Dominum nostrū IESVM Christū filium tuum.

Diebus Rogationum.

SUMMARIUM. Vetus est mos in Ecclesia Dei, ut supplicationes publice & triduane, solennesque rogationes sub Dominicam ascensionem instituantur obseruenturq;. Causa prij instituti huius non minima est, ut quemadmodum lectiones mox precedentes & sequentes etiam admonent, orandi sedulitas exercitetur, & uelut iam iā abituro in celum Domino, nostre & Ecclesie cause atq; pressure omnes & fidelibus

fidelibus commendentur. Accedit et Litanie usus, in quo sanctos honoramus ac imploramus, partim in dignitatis nostre ad exorandum. DEVM nobis conschy, partim Catolica fide suffulti, nimirum cōfidentes in Christo, non modo nostras, sed etiam pro nobis aliorum et maximè sanctorum preces efficaces esse, quia in Christi nomine et illi a patre pro nobis peant accipiuntq;. Sic orarunt, et orare docuerunt cū Ecclesia Chrysoft. Basilius, Ambros. Augustin. Gregor. ut eorum scripta testimoniū.

Epistola Iacobi V.

Charissimi, Confitemini alterutrum peccata uestra: & orate pro iñuicē ut saluetimi: multum enim ualet deprecatione iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit ut non plueret super terrā, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei si quis aut ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorē ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Euangelium

EPISTOL. ET EVANGEL.
Evangeliū Luce XI.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum: Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, dico uobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem ramen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærите, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærerit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut pisces? nunquid pro piske serpentem dabit illi? Aut si petierit

terit ouum : nunquid porrigit illi scor-
pionem ? Si ergo uos cum sitis mali, no-
sitis bona dare filiis uestris : quanto
magis Pater uester coelestis dabit spiritu-
tum sanctum petentibus se.

Oratio Ecclesiae.

Praesta quæsumus omnipotens Deus, ut qui
in afflictione nostra de tua pietate confidimus,
contra aduersa omnia tua semper protectione
muniamur. Per Dominum nostrum IESVM
Christum filium tuum.

In Vigilia Ascensionis Domini.

SUMMARYM. De Ascensione Domini quam
frugifera fuerit, palam Epistola loquitur, ex ostendit
Christi charitatem ac prouidemiam erga Ecclesiam
suam: cuius ut unitati ac paci prospectum esset, no-
luit illi dona sua, ac ministros deesse. Ad instans quoq;
festum spectat Euangelium: & est Christi iam iam
passuri oratio, sed que per Ascensionem eiusdem
perfectè compleri cœpit, cum fuit in carne clarifi-
catus.

Epistola ad Ephesios IIII.

Fratres

EPISTOL. ET EVANGEL.

Fratres, Vnicuiqz nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Evangelistas, alios autem pastores et doctores ad confirmationem sanctorum in opus ministerij in ædificatione corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uiru perfectu, in mensurâ ætatis plenitudinis Christi.

Evangeliū Ioannis XVII.

IN illo tempore, Subleuatis Iesus oculis in cœlum dixit. Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatē ois carnis, ut omnino quod dedisti ei, det eis uitā æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscat te, solum

solam DEVM uerum, & quem misisti
 I E S V M: Christum. Ego te clarificauis
 super terrā: opus consummaui, quod de-
 disti mihi ut faciam. Et nūc clarifica me
 tu Pater apud temetipsum, claritate qua
 habui priusquam mundus fieret, apud te,
 Manifestauis nomē tuū hominib⁹, quos
 dedisti mihi de mundo. Tui erant: et mi-
 hi eos dedisti, & sermonē tuum seruaue-
 rūt. Nunc cognouerūt quia omnia quæ
 dedisti mihi, abs te sunt, quia uerba quæ
 dedisti mihi dedi eis. Et ipsi acceperunt,
 & cognouerunt uerè quia à te exiui, &
 crediderunt quia tu me misisti. Ego pro
 eis rogo. Nō pro mūdo rogo, sed pro his
 quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea
 omnia, tua sunt, et tua, mea sunt, & clari-
 ficatus sum in eis. Et iā nō sum in mūdo:
 & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio.

Oratio Ecclesiae.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut nos
 stræ mentis intentio, quo solennitatis uenturæ
 gloriōsus author ingressus est, semper intendat,
 & quo fide pergit, conuersatione perueniat. Per
 Dominū nostrū. I E S V M Christū filiū tuū.
Sancto

EPISTOLÆ ET EVANGELIÆ
Sancto die Ascensionis Domini.

S V M M A R I V M. Historiam de Christo in cœ-
lum ascendente Lucas describit. Marcus hoc adiicit in
Euangelio, prius illum cum suis discubuisse, & quia
resurrectionis sue ab alijs nuntiat.e non crediderunt,
increpuisse, tum & in mādatis dedisse ut irent Euangeli-
zatum & Baptizatum in toto mūdo. Audi Leo-
nem Pontificem eius nominis primū de hoc celebra-
rimo festo ita scribenem: Reuera magna & ineffa-
bilis est causa gaudendi, quum in conspectu sanctæ
multitudinis, supra omnium creaturarum cœlestium
dignitatem, humani generis natura conscendit, su-
per gressura Angelicos ordines, & ultra Archang-
elorum altitudines eleuanda, nec ullis sublimis-
tacibus modum sue prouectionis habitura, nisi etera-
ni patris recepta confessu illius glorie sociaretur in
throno, cuius naturæ copulabatur in filio. Sicut enim
a summo cœlo egressio eius, ita & occursus eius usq;
ad summum eius.

Lectio Actorum 1.

P Rimum quidem sermonem feci de
omnibus, ò Theophile, quæ coepit
IE S V S facere & docere, usq; in diem,
qua

qua præcipiens Apostolis per spiritum sanctū, quos elegit, assumptus est. Qui, bus & præbuit seipsum uiuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et cōuescens, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederet, sed expectarent promissionem patris: quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui cōuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel: Dixit autem eis: Non est uestrum nōsse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uitutem superuenientis spiritus sancti in uos: & eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimū terræ. Et cùm hæc dixisset, uidentibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorū. Cùmq; intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo

a cè duo

EPISTOL. ET EVANGEL.

cè duo uiri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cælum, Hic I E S V S qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uis distis eum euentem in cœlum

Evangeliu MArCi XVI.

IN illo tempore, Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobauit incredulitatē eorum & duritiam cordis, quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejcent: Linguis loquētur nōuis: Serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

burnt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, adsumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt ubiç, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Oratio Ecclesiæ.

Concede quæsumus omnipotens D E V S,
ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem
nostrum ad cœlos ascendisse credimus,
ipſi quoq; mente in cœlestibus habitemus. Per
eundem Dominum nostrum Iesum Christum
Elium tuum.

Canticum.

O Rex gloriæ Domine uirtutū : qui triumphantor hodie super omnes cœlos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos : sed mitre promissum patris in nos, Spiritum ueritatis, Halleluia.

Hymnus ac eodem festo.

IESV nostra redemptio, amor & desideriū,
DEVS creator omnium, homo in fine temporum :
Quæ te uicit clemencia, ut ferres nostra
a a criminis

EPISTOL. ET EVANGEL.

crimina : crudelem mortem patiens, ut nos a morte tolleres : Inferni claustra penetrans, tuos captiuos redimens uictor triumpho nobili, ad dextram patris residens : Ipsa te cogat pietas, ut mala nostra superes parcendo : Et uoti compotes, nos tuo uultu saties. Gloria tibi Domine, qui scandis supra sidera : cum patre & sancto Spiritu in sempiterna secula, Amen.

Dominica post Ascensionem, post Pascha uero septima.

S V M M A R I V M. Recte Tuitiensis. Domine huic officium inquit, uox est Apostolorum, qui iuxta preceptum Domini ascendentis, sedebant in ciuitate, quoadusq; induerentur uirtute ex alto, erant unanimiter orantes cum mulieribus, & matre I E S V, sicut in actis legitur Apostolorum. Iam ad horum exemplum ut nos componamus, accedit per Epistolam Apostolica commonitio, qua prouocamur omnes ad prudentiam, uigilantiam, orationem, precipue uero ad charitatis fraternae studium corde, ore, & opere declarandum. Hæc sunt autem, quæ Christianæ cum Apostolis orantes, ac diuini spiritus aduentum expectantes decent. In Euangelio repetitur promissio Christi, que sepe facta est Apostolis, de mittendo & accipiendo paracletu. Hunc illi ablato iam frons desiderant,

tunt. & promisi memores sedulò expectarunt, vigi-
lantes ac orantes ad diem usq; Pentecostes.

Epistola I. Petri IIII.

Charissimi, Estote prudentes, & ui-
gilate in orationibus. Ante omnia
autem mutuam in uobis meti ipsi chari-
tatem continuam habentes, quia chari-
tas operit multitudinem peccatorū. Ho-
spitales in uicēm, sine murmuratione. V-
nus quisq; sicut accepit gratiam, in altero
utrum illam administrantes, sicut boni
dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si
quis loquitur, quasi sermones D E I : si
quis ministrat, tanquam ex uirtute quam
administrat DEVS, ut in omnibus ho-
norificetur Deus per I E S V M Christū
Dominum nostrum.

Euangelium Ioan. XV. et XVI.

IN illo tempore, Dixit IESVS disci-
pulis suis, Cūm uenerit paracletus,
quem ego mittam uobis à patre, spiritum
ueritatis, qui à patre procedit, ille testi-
monium

a 3 monium

EPISTOL: ET EVANGEL.

monium perhibebit de me : & uos testi-
monium perhibebitis, quia ab initio me-
cum estis. Hæc locutus sum uobis, ut
non scandalizemini . Absq; synagogis
facient uos. Sed uenit hora , ut omnis
qui interficit uos , arbitretur obsequium
se præstare Deo . Et hæc facient uobis,
quia non nouerunt patrem neq; me. Sed
hæc locutus sum uobis , ut cum uenerit
hora , eorum reminiscamini , quia ego
dixi uobis.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne DEVS fac nos tis-
bi semper & deuotam gerere voluntatem , &
majestati tuæ sincero corde seruire . Per Dos-
minum nostrum I E S V M Christum filium
tuum.

Sancto die Pentecostes.

S V M M A R I V M . Adebat promissus Spiritus
sanctus , qui discipulorum expectantiam animos , Ec-
clesiamq; per ipso totam summis & amplissimis imp-
plet Charismatibus , sapientie splendore , per quam sum-
mi Theologi repente effecti sunt , charitatis ardore , per
quam omnes labores perficere et exaltare facile pos-
suerunt ,

Eucrunt, uirtutum ac signorum operatione, per quae Euangelio fidem conciliarunt, dono linguarum per quidē tanq̄ legati omnium nationum ab omnibus intellecti sunt, ut proinde subitam & uerè diuinam illam in Apostolis mutationem ac innouationem non immerito cuncti demirarentur. De qua huius festi historia preclarè & copiose Lucas agit. Euangelium nobis charitatem proponit. cùm Spiritus ipse sanctus, qui totum hoc festum iure uendicat, sicut aliorum donorum omnium, sic maximè charitatis fons & author esse dignoscatur, & ab eadem perinde ac summo dono in nobis inesse certissimè deprehendatur. Recitantur illic alia quoq; ad eundem Spiritum sanctum propriè spectantia: ut quod sit paracletus, Spiritus ueritatis, & Doctor fidis atq; perpetuus. Que omnia uera esse, tum in Apostolis, tum in Apostolica & Catholica Ecclesia liquidè videmus.

Lectio Actum II:

DVm completerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de coelo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domū ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis

a 4 disperst;

EPISTOL. ET EVANGEL.

dispertitę linguae tanquam ignis, sedisq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, pro ut spiritus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habentes Iudæi viri religiosi, ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac uoce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes: Nonnè ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiimus unusquisq; linguam nostram, in qua nati sumus: Parthi & Medi & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Lybiæ quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & profelyti, Cretes & Arabes, audiimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

Euan.

DOMIN. PENTECOSTES. 189
Euangelium Ioan. XIV.



IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit

a s eum,

EPISTOL. ET EVANGEL.

eum, & ad eum ueniemus, & mansio[n]e
apud eum faciemus. Qui nō diligit me,
sermones meos non seruat'. Et sermonē
quem audistis, nō est meus, sed eius qui
misit me, patris. Hęc locutus sum uobis,
apud uos manens . Paracletus autē spi-
ritus sanctus , quem mittet pater in no-
mine meo , ille uos docebit omnia : &
suggeret uobis omnia , quæcunque di-
xero uobis. Pacem relinquo uobis , pa-
cem meam do uobis. Non quomodò
mundus dat, ego dō uobis. Non turbe-
tur cor uestrum, neque formidet . Audi-
stis quia ego dixi uobis : Vado, & uenio
ad uos. Si diligenteris me, gauderetis uti-
que , quia uado ad patrem , quia pater
maior me est . Et nunc dixi uobis, prius-
quam fiat , ut cùm factum fuerit, creda-
tis. Iam non multa loquar uobiscum.
Venit enim princeps mundi huius, & in
me non habet quicquam. Sed ut co-
gnoscat mundus , quia diligo patrem,
& sicut mandatum dedit mihi pater, sic
facio.

Oratio

Oratio Ecclesiae.

DEVS qui hodierna die corda fidelium
sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis
in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper
consolatione gaudere. Per Dominum nostrum
IESVM Christum filium tuum.

Canticum de Feslo.

Hodie completi sunt dies Pentecostes, Halleluia : Hodie Spiritus sanctus in igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona ; misit eos in uniuersum mundum prædicare & testificari, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Halleluia.

Hymnus de Spiritu sancto.

Sancti Spiritus adsit nobis grata : quæ cor
da nostra sibi faciat habitacula, expulsis inde
cunctis uitijis spiritualibus. Spiritus alme illus
trator omnium, horridas nostræ mentis pura
ga tenebras. Amator sanctæ sensorum leuis
per cogitatuum, infunde unctionem tuam cles
mens nostris sensibus. Tu purificator omnium
flagitorum Spiritus, purifica nostri oculum
interioris hominis : ut uideri supremus genitor
possit à nobis, mundi cordis quem soli cernes
se possunt

EPISTOL. ET EVANGEL.

te possunt oculi. Prophetas tu inspirasti, ut præconia Christi præciniuissent inclyta: Apostolos confortasti, uti tropheum Christi per nos cum mundum ueherent. Quando machinam per uerbum suum fecit D E V S coeli, terræ, marium: tu super aquas, foturus eas, numen tuum expandisti Spiritus. Tu animabus uiuisficandis aquas fœcundas. Tu aspirando das spiritales esse homines. Tu diuīsum per linguas mundum & rieus adunasti Domine: Idoles latras ad cultum D E I reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicantes tibi, exaudi propitijs sancte Spiritus: sine quo preces omnes cassæ creduntur & indignæ D E I auribus: Tu qui omnium seculorum sanctos cui numeris docuisti instinctu amplectendo Spiritus, Ipse hodie Apostolos Christi, donans munere insolito, & cunctis inaudito seculis, hunc diem gloriosum fecisti Amen.

Feria II. Pentecostes.

S V M M A R I V M . Euangelizat & baptizat Petrus in domo Centurionis apud Cœsaræam. Vbi patlam in credentibus se prodit Spiritus sanctus, & ostendit, uelut linguarum donum, sic etiam gratiam, & salutem gentium equè ac Iudeis in Christo tribui indiscriminatum, Euangelium porro commendat summans D E I erga nos bonitatem atq; charitatem per Christum

stum orbi communicatam, sed à multis tamen repudiata. cum bi uel credere nolint, uel credentes pro luce tenebras, pro bonitate iniuriam amplectantur. Ad eò uix apud paucos manet Spiritus sanctus, qui ut ipsa est charitas, ita sane charitatis studiosos ex in redamando DEO sedulos Christi cultores amat, & requirit.

Lectio Actorum. X.

IN diebus illis, Aperiens Petrus os suum, dixit: Viri fratres & patres, nobis præcepit Dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est; audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus:

Nunquid

EPISTOL. ET EVANGEL.

Nunquid aquam quis prohibere potest,
ut non baptizentur hi qui spiritum san-
ctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit
eos baptizari in nomine Domini N O-
S T R I I E S V C H R I S T I.

Euangelium Ioannis III.

In illo tempore, dixit I E S V S disci-
pulis suis: Sic Deus dilexit mundum,
ut filium suum unigenitum daret: ut
omnis qui credit in eum, non pereat,
sed habeat uitam æternam. Non enim
misit Deus filium suum in mundum, ut
iudicet mundum, sed ut saluetur mun-
dus per ipsum. Qui credit in eum, non
iudicatur. Qui autem non credit, iam iu-
dicatus est: quia non credidit in nomi-
ne unigeniti filij Dei. Hoc est autem iu-
dicium, quia lux uenit in mundum, &
dilexerūt homines magis tenebras quam
lucem. Erant enim eorum mala opera.
O M N I S enim Q V I M A L E A-
G I T, odi lucem: & non uenit ad lu-
cem, ut non arguantur opera eius. Qui
autem

HEBDOMAD. PENTECOSTES. 192
autem facit ueritatem, uenit ad lucem,
ut manifestentur opera eius, quia in
Deo sunt facta.

Oratio Ecclesiae.

DEVS qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum, concede plebi tuae piæ petitionis effectum, ut quibus dediti fidem, largiaris & pacem. Per dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Hymnus de Spiritu sancto.

Veni creator SPIRITVS, mentes tuas
cum uisita: imple superna gratia, quæ tu creasti pectora. Qui Paracletus diceris, donum DEI
altissimi: fons uisus, ignis, charitas, & spiritus
lis uictio. Tu septiformis munere, dextræ
DEI tu dğitus: tu rite promissum patris,
sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus,
infunde amorem cordibus, infirma nos
stri corporis uirtute firmans perpetim. Hos
stem repellas longius, pacemq; dones protinus;
ductore sic te praevio, uitemus omne noxiū.
per te sciamus da Patrem, noscamus atq; Filium:
te utriusq; Spiritum credamus omni tempore. Gloria patri Domino, Natoq; qui à mori
tuis surrexit, ac Paracleto, in seculorum secula,
Amen.

Feria

EPISTOL. ET EVANGEL.

Feria III. Pentecostes.

S V M M A R I V M, Epistola est aliud testimoniū de Aduentu Spiritus sancti, quem non Apostoli tantum & Iudei, sed etiam Samaritani ac genitiles in Christum credentes accipiunt, & iam in baptismo acceptum, per impositionem manuum, quae tribuitur in sacramento Confirmationis, sibi confirmant, ac augent. Sic enim factum hic uides Samaritanis, cum Apostoli baptizatis illis manus imponerent, ut Patres locum interpretantur. Euangelium docet Christum nobis esse pastorem & ostium ouium, quae uerè pasci uite, & salutis aeternae pabulo debeant. Sed uide interim, ut obscurus ostiarium, id est, Spiritum sanctum, qui ministris Ecclesie aperit ostium, ut illi legitimi, per sacramentum scilicet ordinis & ordinarie uocationis introcunt, à suribus, & latronibus qui aliunde irrepunt in ouile, certò discernantur. Docet ac regit oues Christi Spiritus sanctus, sed per ministros & prepositos Ecclesie, in quibus etiam Christi Pastoris uocem agnoscere, sequi, ac reuereri scriptura præcipit. Acto. 20. Luc. 10. Ephe. 4. Visum est adiungere uerbadoctissimi Ruperti: In officio inquit, tertie feria prædicatur nobis extra catholicam Ecclesiam non posse dari spiritum sanctum: solisq; Apostolicae fidei præfulibus esse datum, ut per impositionem manus ipsorum bi. qui confirmans

HEB DOMINI PENTECOSTES. 193
firmandi vel ordinandi accedant; accipiant eiusdem
Spiritus sancti donum.

Epistola Actorum VIII.

IN diebus illis, Cūm audissent Apo-
stoli qui erant Hierosolymis, quia re-
cepisset Samaria uerbum DEI: mise-
runt ad eos Petrum & Ioannem. Qui
cūm uenissent, orauerunt pro ipsis, ut ac-
ciperent Spiritum sanctum. Nondum
enīm in quenquam illorum uenerat, sed
baptizati tantum erant in nomine Do-
mini IESV. Tunc imponebant manus
super illos, & accipiebant Spiritum san-
ctum.

Euangelium Ioannis X.

IN illo tempore, dixit IESUS disci-
pulis suis, Amen amen dico uobis,
qui non intrat per ostium in ouile oui-
um sed ascendit aliunde: ille fur est &
latro. Qui autem intrat per ostium: pa-
stor est ouium, huic ostiarius aperit: &
oues uocem eius audiunt: & proprias
b oues

oues uocat nominatim & educit eas. Ecum proprias oues emiserit, ante eas uadit: & oues illum sequuntur, quia scilicet uocem eius. Alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc Proverbium dixit eis I E S V S. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum I E S V S, Amen amen dico uobis quia ego sum ostium uiuum. Omnes quoiquot uenerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur & mactet & perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant.

Oratio Ecclesiae.

Adsit nobis, quæsumus, Domine uirtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer exsūperget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum,

Feria

Feria IIII. Pentecostes.

S V M M A R I V M . Admiranda virtus Spiritus sancti , que ut Ecclesie Christiane primordia constabiliaret atq; proucheret, cum per alios Apostolos, cum per umbram Petri quosuis curat agrotos . Agit Evangelium de Christo pane uiuo , qui cum fide sumptus parvit immortalitatem : ut fructum uideas sacrosancte Eucharistie, quam post aduentum Spiritus primi Christi fuani quotidie perceperisse leguntur . Agit item Evangelium de patre coelesti , qui trahit credentes in Christum, suauiter & optabili tractu Spiritus sancta . Nec est ociosum , quod in hunc diem ieiunationes solennes, quas dicimus . Quatuor temporum , incident . Pulchra Tuitiensis . Non contristat aut obscurat, sed magis illustrat obseruantia ieiuniorum illam de aduentu sancti Spiritus solennitatem . Quippe quis delitiae sancti Spiritus, deliciarum carnalium fastidium important electorum mentibus : & quia sponsus abatus est, leianandum & filius gius , hoc Spiritu sancto paracleto sic suam dispensante gratiam & consolationem, ut delectentur genitibus incenarrabilibus, gementes ut columbe , gemiscamus pro canticu habentes . Hoc ille .

Lectione ex Actis Apostol. V.

b 2 In die-

xxi. EPIS TOE ET EVANGEL.

IN diebus illis, Per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audiebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateas ejacerent infirmos, & ponessem in lectulis ac grabatis: ut ueniente Petro saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concursebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Hierusalem, afferentes ægros & ueratos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Euangelium Ioannis VI.

IN illo tempore dixit IESUS discipulis suis, NEMO POTEST VENIRE ad me, nisi pater qui misericorditer traxerit eum, & ego resuscitabo eum in no-

In nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est a DEO, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis, qui credit in me habet uitam aeternam. EGO SVM PANIS VITAE. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, CARO mea est, pro mundi uita,

Oratio Ecclesiae.

Mentes nostras quæsumus domine, paraclesus, qui a te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisisti filius, ueritatem. Qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

EPISTOLA ET EVANGELI
Dominica Sanctae Trinitatis, & eadem
dcm prima post Pentecosten.

SUMMARIVM. Adorandum est magis quam
perscrutandum sancte & individue Trinitatis mys-
terium, ut hinc merito cum Paulo admirabundus exa-
climes, prout Epistola docet. In Evangelio uelut dialo-
gus est inter Christum & Nicodemum. Is audit mag-
gna fidei nostra & spiritualis que sit in baptismo re-
generationis arcana: sed quoniam humano sensu &
captu metitur que tantum fide comprehenduntur, iuste
redarguitur. Norunt & heretici de Trinitate dispu-
re: nostrum est Athanasij Symbolum firma fide com-
plecti, & in fide adorare, celebrare, & amare DEVUM
trinum & unum, in quo & ad quem omnia.

Epistola Roma. XI.

ALTI TUDQ diuitiarum sa-
pientiae & scientiae Dei, quam in-
comprehensibilia sunt iudicia eius, &
inuestigabiles viae eius: Quis enim co-
gnouit sensum Domini: aut quis con-
siliarius eius fuit: aut quis prior dedit il-
li, & retribuetur ei: Quoniam EX IP-
SO, ET PER IPSVM, ET IN

IN IPSO sunt omnia : ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Aelia Epistola II. Corinth. XIII.

Fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite. Pacem habete, & DEVS pacis & dilectionis erit uobis cum. Salutare in uicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia Domini nostri IESV Christi & charitas DEI, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis, Amen.

Evangeliū Ioan. III.

IN illo tempore, Erat homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps iudeorum. Hic uenit ad IESVM nocte, et dixit ei: Rabbi, scim⁹ quia à Deo uenisti magister. NEMO enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit IESVS, & dixit ei: Amén amén dico tibi, NISI QVIS RENATUR

EPISTOL. ET EVANGEL.

TVS fuerit denuò, non potest uidere regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest inuentrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit IESVS: Amén amén dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuò. SPIRITVS VBI VVLT, SPIRAT: & uos cem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit IESVS & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras: Amén amén dico tibi, quia quod scimus, loquimur; & quod uidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. SI TERRENA DIXI VOBIS, & non creditis; quemodo, si dixerim
vobis

ro uobis coelestia, credetis. Et nemo
ascendit in cœlum, nisi qui descendit de
cœlo, filius hominis qui est in cœlo, Et
SIC V T M O S E S exaltauit serpen-
tem in deserto, ita exaltari oportet filium
hominis: ut omnis qui credit in ipso, nō
pereat, sed habeat uitam æternam.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens sempiterne DEVS, qui dedis-
sti famulis tuis in confessione ueræ fidei, æternæ
Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia
maiestatis adorare unitatem, quæsumus, ut eis
usdem fidei firmitate ab omnibus semper mu-
niamur aduersis. Per Dominum nostrum IESU
SV M Christum filiu[m] tuum.

Canticum.

TE DEVM patrem ingenitum, te filium
unigenitum, te spiritum paracletum: sanctam
& individuam Trinitatem, toto corde & ore
confitemur, laudamus atq[ue] benedicimus, tibi
gloria in secula.

Hymnus de fide sanctissimæ Trinitatis.

b s Bene,

EPISTOL. ET EVANGEL.

Benedicta semper sancta sit Trinitas : deitas
seilicer, unitas coequalis gloria. Pater, Filius,
sanctus Spiritus : tria sunt nomina omnia , eas
dem substantia. DEVS genitor, DEVS geni-
tus, in utroq; sacer Spiritus deitate socius. Non
tres tamen dñi sunt : D E V S uerus, unus est :
sic pater dominus, Filius Spiritusq; sanctus.
Proprietas in personis, unitas est & in essentia.
Maiestas par & potestas , decus , honor & que-
per omnia. Sidera maria continens, arua, simul
& uniuersa condita. Quem tremunt impia Tar-
cara, colit quoq; querit & abyssus infima. Nunc
omnis vox atq; lingua fateatur hunc laude de-
bita. Quem laudat sol atq; luna, dignitas ador-
at Angelica. Et nos uoce præcelsa omnes mo-
dulemur organica cantica dulci melodia. Eja
& Eja nunc simul iubilemus altithrono dos-
mino laudes in excelsis, O V E N E R A N A
D A Trinitas, O adoranda unitas, per te sus-
tinet creati uera aeternitas: per te sumus redems-
ti summa tu charitas: populum cunctum tu
protege, salua, libera, eripe & emunda. Te ados-
ramus omnipotens : tibi canimus, tibi laus &
gloria. Per infinita seculorum.

Festo die uenerabilis Sacra-
menti, seu corporis Christi.

S V M,

versus 17

2 4

S V M M A R I V M . Dium sanè ac proclamum institutum, quo nos publico festo solennè cultu et aperi- ta ueneratione testamur fidem, qua credimus in sacros sancta Eucharistia uerum adesse Corpus & sanguinem C H R I S T I , adeoq; tremendam ex semper reuerendam illam summi D E I maiestatem, quam adorant etiam Angeli eius . Epistola repetit biuis tene- ti Sacramenti primam institutionem, & cunctis usum debitum adstruit, nimis ut ad C H R I S T I pro nobis patientis memoriam dignè ac religiose sumus: ne alioquin salutis antidotum uertatur in exitium abutenti. Euangeliū fidem & pietatem Christianam confirmat aduersus omnes Capernaitas, docens in hoc sacramento C H R I S T U M uerē & integrē contineri, summoq; fructu sumi.

Epistola I. Corinth. II.

F Ratres, Ego accepi à Domino, quod et tradidi uobis, quoniam Dominus I E S V S in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate: H O C EST CORPVS MEVM, quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam cōmemorationem . Similiter & calicem post-

EPISTOLÆ ET EVANGELIÆ.

postquam cœnauit, dicens : HIC CATECHISMUS NOVVM TESTAMEN-
TVM est in meo sanguine : hoc facite,
quotiescumq; bibetis, in meam commemo-
rationem. Quotiescumq; enim man-
ducabitis panem hunc & calicem bibe-
tis, mortem Domini annunciabitis do-
nec ueniat. Itaq; quicunq; manduca-
uerit panem hunc, & biberit calicem
Domini indignè, reus erit corporis &
sanguinis Domini. PROBET AV-
TEM SE IPSVM HOMO, &
sic de pane illo edat, & de calice bibat.
Qui enim manducat & bibit indignè,
iudicium sibi manducat & bibit, non
dijudicans corpus Domini,

Evangeliu[m] Ioannis VI.

IN illo tempore, Dixit IESVS disci-
pulis suis & turbis Iudeorum : Caro
mea uerè est cibus, & sanguis meus
uerè est pocu[m]. Qui manducat meā ca-
rem, & bibit meū sanguinem, in me
manet,

manet, & ego in illo. Sicut misit me ut
uēs pater, & ego uiuo propter patrem. Et
manducat me, & ipse uiuet propter me.
HIC EST PANIS QVI DE COELO
descendit. Non sicut manducae-
tunt patres uestrī manna, et mortui sunt;
Qui manducat hunc panem, uiuet in
eternum.

Oratio Ecclesie.

DEVS qui nobis sub Sacramento mirabilis
passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quod
sumus, ita nos Corporis & sanguinis tui Sacra
mysteria uenerari, ut redemptionis tuae fructū
in nobis augliter sentiamus. Qui uiuis & regnas
DEVS cum Patre & Spiritu sancto.

Canticum.

O faciem conuolum, in quo **CHRISTUS**
sumicar, recolitur memoria passionis eius
mentem impletur gratia, & futuræ gloriae nobis
pignus datur. Halleluja.

Hymnus de Sacramento Eucharistie;

Pange lingua glorioli Corporis mysterium,
sanguinisq; preciosi, quem in mundi pretium,
fructus ventris generosi rex effudit gentium;
Nobilis

Nobis darus, nobis natus ex intacta uirgine, &
in mundo conuersatus sparso uerbi semine, sui
mōras incolatus, in tiro clausit ordine. In suis
prefnæ nocte cōdēre recumbens cum fratribus,
obscrutata lege plenēxib⁹ in legatisbus, cibum
• turbæ duodeq; se dāc suis manibus. Verbum
C A R O, panem uerum, uerbo carnem efficit,
sicut sanguis C H R I S T I myrm̄, & si sensus
deficit, ad firmandum cor sincerum, sola fides
sufficit. Tantum ergo Sacramentum ueneres
mūr cernui : & antiquum documentum nouo
cedat ritui : præstet fides supplementum sensu
suum defectui. Genitori genitoq; laus & iubis
Nostri, salus honor virtus quoq; sit & benedictio
vñior procedenti ab utroq; compar sit laudatio.
Amen.

Dominica post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Epistola est charitatis summa
diuina, tum fraterna illustris commendatio, distingue
tib⁹ inter perfectam & imperfectam, quæ cōm̄it⁹
mentis coniuncta est, charitatem : facisq; deoq; fidei
obditate D E I. Quod p̄dixi destitutum nulli unquam
ad salutem conferre. Quam rem confirmat Etiamq;
hunc de diuile apalone & Lazarō mendico. Numq;
à fide sed charitate alienum gehenna, hunc uero patientia
commendatum sedes quietis excipit. Estq; non parabola,
sed ut Chrysost: & Ambro, attestantur, huius
ridicula.

nia uera, pulchre ob oculos ponens, quem dispar sit conditio cum in praesenti, tum in futura vita filiorum seculi ex electorum D E I. Illi ducunt in bonis dies suos (ne Job inquit.) ex in punto ad inferna descendunt: hos uero per multas tribulationes (testi Paulo.) in D B A regnum oportet introire.

Dominicas omnes in duo tem- pora distinguit.

Vt concinnus ordo diuini cultus, qui in Ecclesia peragitur, rectius intelligatur, & equius utilius, distinetur, obserua, totius anni Dominicas uelut inter cardines duos uersari, hoc est, ad duo referit tempora, utpote Dominicæ dispensationis, & nos træ redemptionis. Illud ab aduentu hucusq; procura rit: hoc nunc incipit, & in aduentum definit. Ad illud pertinent sacra mysteria de Christi incarnatione, nativitate, circuncisione, apparitione, pueritia, doctrina, miraculis, passione, resurrectione, ascensione, aduentuq; Spiritus sancti: in quibus omnibus Dominicam uides dispensationem, ut hactenus ex Euæ gelys accepimus, dum tot modis pater misericordiarum salutem nostram per Christum operatur. Pro quo immenso beneficio gratias demum agimus, sanctæ Trinitatis festum celebrantes. Ad peregrinationem porro tempus reliquæ Dominicæ spectant, &

Euanges

DE EPISTOLIS ET EVANGELIIS

Evangelicam doctrinam Ecclesie filijs accommodatè
propônunt, ut omnes norint, quomodo iam se gerant
vera Christum quem didicerunt, & qua via eodens
ducere ad coelestem tendant patriam, dum hic exulant,
ac per fidem ambulantes peregrinantur.

Epistola I. Ioan. III.

Charissimi, Deus charitas est. In
Hoc apparuit charitas Dei in nobis,
quoniam filium suum unigenitum misit
Deus in mundum, ut uiuamus per eum.
In hoc est charitas: non quasi nos dile-
xerimus Deum, sed quoniam ipse prior
dilexit nos, & misit filium suum propi-
etatem pro peccatis nostris. Charissi-
mi, si sic Deus dilexit nos, & nos debe-
mus alterutrum diligere. Deum nemo
tidie unquam. **S I D I L I G I M V S**
I N V I C E M, Deus in nobis manet, &
charitas eius in nobis perfecta est. In hoc
cognoscimus, quoniam in eo mane-
mus, & ipse in nobis, quoniam de spiri-
tu suo dedit nobis. Et nos uidimus & tes-
tificamur, quoniam pater misit filium
suum

suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam I E S V S est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est : & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciā habeamus in die iudicij : quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate : sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. **S I Q V I S D I X E R I T**, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo potest diligere : **E T H O C M A N D A T V M** habemus à Deo, ut qui diligit D E V M, diligat & fratrem suum.

c Euange-

N illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis, Parabolam hāc: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidiē, splendide. Et erat quidā mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius, hulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant hulcera eius. Factum est aut̄ ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinū Abrahæ. Mortuus est aut̄ & diues, et sepultus est in inferno. Elquans aut̄ oculos suos, cùm esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamās, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguā meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: FILI, RECOR DARE, quia recepisti bona in uita tua,

& Lazarus

& Lazarus similiter mala. Nunc autem
hic consolatur, tu uerð cruciaris. Et in
his omnibus inter nos & uos chaos ma-
gnum firmatū est, ut hi qui uolunt hinc
transire ad uos, non possint, neq; inde
huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pa-
ter, ut mittas eum in domum patris mei.
Habeo enim quinq; fratres, ut testetur
illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum
tormentorum. Et ait illi Abraham: Ha-
bent Moysen & Prophetas: audiant il-
los. At ille dixit: Non pater Abraham,
sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poeni-
tentiam agent. Ait autē illis: Si MOY-
SEN ET PROPHETAS non
audiunt, neq; si quis ex mortuis resur-
rexerit, credens.

Oratio Ecclesiae.

DEVS in te sperantium fortitudo: adesto
propitius inuocatiōnibus nostris, & quia sine
te nihil potest mortalis infirmitas: præsta auxis
lūrum gratiæ tue: ut in exequendis mandatis
c a cuius,

EPISTOLÆ ET EVANGELI.

tuis, &c voluntate tibi & actione placeamus Per
Dominum nostrum IESVM Christum filium
tuum.

Dominica II. post Trinitatis.

S V M M A R I V M . Rursus de charitate docet Epistola , presertim ad fraternalm dilectionem nos prouocans, eiusq; signa & argumēta quibus cognoscatur , ostendens. Euangelium est de misericordia ad cœnam. Docet hæc parabola non Dei , sed hominum esse culpam , cur è vocatis multis pauci saluentur . Deinde salutis nostre impedimenta non tantum in crassis uitijs , fœdisq; criminibus uersari , ut uulgas nunc hominum putat , sed etiam ea complecti , que ad honorum , opum & uoluptatum studiū sub specie quadam boni & animo non pessimo insituumur . Angusta profectò uia que ducit ad uitam , & pauci inueniunt eam . Vocati negligimus , excusamus , otiamur , cessamus : suam quisq; rem curat , Dei causam & salutem suam non curat : sic imparatos demum mors opprimit , gehenna excipit . & boni omnis occasio desilituit infelices .

Epistola I. Ioan. III.

Charissimi

CHarissimi, Nolite mirari fratres, G.
odit nos mundus. Nos scimus quo-
niam translati sumus de morte ad uitam,
quoniam diligimus fratres. Qui non dili-
git, manet in morte. Omnis qui odit fra-
trem suum, homicida est. Et scitis, quoniam
omnis homicida non habet uitam æternam:
in se manente. In hoc cognouimus cha-
ritatem Dei, quoniam ille animam suam pro-
nobis posuit, & nos debemus pro fratribus
bus animas ponere. Qui habuerit sub-
stantiam huius mundi, & uiderit fratrem
suum necesse habere, & clauerit uiscera
sua ab eo, quomodo charitas Dei manet
in eo: Filioli mei, non diligamus uerbo
nec lingua, sed opere & ueritate.

Euangelium Lucae X I I I .

IN illo tempore, Dixit I E S V S disci-
pulis suis, parabolam hanc: Homo qui-
dam fecit coenam magnam & uocauit
multos: & misit seruum suum hora coe-
nae dicere inuitatis, ut uenirent, quia
c 3 iam pa-

EPISTOL. ET EVANGEL.

Iam parata sunt omnia. Et cœperunt si-
mul OMNES EXCVSARE. Pri-
mus dixit ei : Villam emi , & necesse ha-
beo exire, & uidere illam. Rogo te , habe
me excusatum. Et alter dixit lugaboum
emi quinque , & eo probare illa. Rogo te ,
habe me excusatum. Et alius Dixit : Vxo-
rem duxi , & ideo non possum uenire. Et
reuersus seruus , nunciauit hæc Domino
suo. Tunc iratus paterfamilias , dixit ser-
uo suo : Exi citò in plateas & uicos ciui-
tatis , & pauperes ac debiles , & cæcos &
claudos introduc huc. Et ait seruus : Do-
mine , factum est ut imperasti , & adhuc
locus est. Et ait Dominus seruo . Exi in
uias & sepes , ET COMPELLE IN-
TRARE , ut impleatur domus mea. Di-
co autem uobis , quod nemo uirorum illorum ,
qui uocati sunt , gustabit cœnâ meam .

Oratio Ecclesiæ.

Sancti nominis tui Domine timorem parie-
ter & amorem fac nos habere perpetuum : quia
nunc tua gubernatione destituis , quos in so-
liditate

Uideate tue dilectionis institutio. Per Dominum
nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica III. post Trinitatis.

S U M M A R I U M . Epistola sancte instituit ad humilitatem summo Deo exhibendam, ad fiduciam meum cōficiendam & ad impugnationes metuentes di demonis fortiter superandas. Euangelium duabus, confitat parabolis, de errante nimis uoce et drachma perdita. Nec solum uerbo, sed etiam exemplo Christi cōfutatur Pharisaica iustitia, que habet indignationem, & statuitur Christianai iusticia, que habet compassionem erga fratres peccantes. Hi leniter primum tractandi exemplo Christi pastoris, omniq; studio in uiam reuocandi sunt, ut ipsorum pœnitentia commune fiat gaudium Angelorum. Hic uides fructum & præmium pœnitentium. Venit autem Christus uocare peccatores ad pœnitentiam.

Epistola I. Petri V.

Charissimi, Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis: omnem solicitudinem uestrā projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrij estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus

EPISTOL. ET EVANGEL.
sanquām Leo rugiens circuit , quærentes
quē deuoret. Cui resistite fortis in fide:
scientes , eandem passionem ei, quæ in
mundo est, uestræ fraternitati fieri. Deus
autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in
æternam suam gloriam in Christo IE-
SV , modicum passos ipse perficiet, con-
firmabit, solidabitq;. Ipsi gloria & impe-
riū in secula seculorum, Amen.

Euangelium Lucae XV.

IN illo tempore, Erant appropinquā-
tes ei publicani & peccatores, ut audi-
rent illum . Et murmurabant scribæ &
Pharisei, dicentes: QVIA HIC PEC-
ATORES RECIPIT, & mandu-
cat cum illis. Et ait ad illös parabolam
istam, dicens: Quis ex uobis homo, qui
habet centum oues; & si perdidierit unā
ex illis, nonnè dimittit nonaginta nouē
in deserto, & uadit ad illā quæ perierat,
donec inueniat eā? Et cùm inuenerit eā,
imponit in humeros suos, gaudens. Et
iueniens

ueniens domū, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quae perierat.* Dico uobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem lūstis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, & euerget domum, & querit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdidiram.* ITA DIC O VOBIS, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

Oratio Ecclesiæ.

Protector in te sperantium DEVS sine quo nihil est ualidum, nihil sanctum, multiplica sua per nos misericordiam tuā, ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

EPYSTOL. ET EVANGEL.
Dominica IIII. post Trinitatis.

S U M M A R I U M . Admonet Epistola praesentis temporis misericordie ferre patienter, ideoq; consolatur certa spe promissae glorie. Et propositi prae mij coelestis amplitudine , nec non exemplo Et pa cientia Pauli Et Apostolorum. Euangelium dat effi cacia precepta de charitate Et misericordia praestata da, probibet quemq; sibi suisq; uitios indulgere, alium vero se neglecto temere iudicare, condemnare, ar agere, condemnare more Hypocitarum.

Epistola ad Roman. VIIII.

F Ratres, Existimo quod non sunt co dignæ passiones huius temporis , ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nos bis. Nam expectatio creaturæ , reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitatem enim creatura subiecta est , non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spes quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis , in libertatē gloriae filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc. Non solum autem illa , sed & nos ipsi primicias

primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri, in Christo IESV Domino nostro.

Evangeliū Lucæ VI.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Estote misericordes, sicut et pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dismittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam & conser tam & coagitatam & supereffluentem, dabunt in sinum uestrum. E A D E M quippe M E N S V R A , qua mensa fueritis, remetetur uobis. Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo insoueam cadunt? Non est discipulus super Magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut Magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trahere?

EPISTOL. ET EVANGEL.

qui, trabem autem quæ in oculo tuo est,
non consideras? Aut quomodo potes,
dicere fratri tuo: Frater, sine ejciam fe-
stucâ de oculo tuo, ipse in oculo tuo tra-
bem non uides? Hypocrita, E H C E
PRIMVM TRABEM de oculo tuo,
& tunc perspicies ut educas festucam de
oculo fratris tui.

Oratio Ecclesiae.

Da nobis Domine quæsumus, ut & mundi
cursus pacifice tuo ordine dirigatur, & Eccles-
ia tua tranquilla deuotione lacetur. Per Do-
minum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Dominica V. post Trinitatis.

SUMMARIUM. Epistola Christiane professio-
nis & presertim fraternæ charitatis officia prescri-
bit: neq; eanticum ut bonum agamus postulat, sed etiā
ut bene agentes quod malum & iniquum est, patien-
ter ac perseveranter feramus, ita Christum sanctifi-
cantes. Euangelium agit de pescationis Petri successo
superiori prouenitu. Ex iudeo pescatore fit summus
Apostolus: ita C H R I S T V S exaltat humiles, fa-
ctet obediencibus, omnemq; tribuit prosperitatem
Audiri

Audiri uult uerbum suum, sed p̄ēdicatū in nauicula
Petri seu in Apostolica Ecclesia, Ambrosto teste. Ad
audiendum Dei uerbum audi finis & atrares, ad
Christum precandum humiles & supplices, ad pro-
ximum iuxandum lubentes & expediti.

Epistola I. Pet. III.

Charissimi, Omnes unanimē in
Coratione estote, compatientes, fra-
ternitatis amatores, misericordes, mode-
sti, humiles, non reddentes malum pro
malo, nec maledictū pro maledicto, sed
& contrariò benedicētes: quia in hoc uol-
cati estis, ut benedictionē hereditate pos-
sideatis. Qui enim uult uitam diligere, &
dies uidere bonos, coerat lingua suam
à malo, & labia eius ne loquantur dolū:
declinet à malo, & faciat bonū: inquirat
pacē, & sequatur eā: Quia oculi Domini
super iustos, et aures eius in preces eos-
rum: uultus autem Domini, super facientes
mala. Et quis est qui uobis noceat, si bo-
ni æmulatores fueritis? Sed & si quid
patimini propter iustitiā, beati. Timore
autem

EPISTOL. ET EVANGELIUM
autem eorum ne timueritis, ut non con-
turbemini. Dominum autem Christum
sanctificate in cordibus uestris.

Evangeliū Lucæ V.

IN illo tempore, Cūm turbæ irruerent
in IESVM, ut audirent uerbum Dei,
& ipse stabat secus stagnum Geneza-
reth, & uidit duas naues stātes secus sta-
gnum. Piscatores autē descenderant, &
lauabant retia. Ascendens autē in unam
nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à
terra reducere pusillum: & sedens, doce-
bat de nauicula turbas. Ut cessauit autē
loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum,
& laxate retia uestra in capturam. Et re-
spondens Simon, dixit illi: Præceptor,
per totam noctem laborantes, nihil ce-
pimus: in uerbo autem tuo laxabo rete.
Et cūm hoc fecissent, cōcluserunt pisciū
multitudinem copiosam. Rumpebatur
autem rete eorum. Et annuerunt socij
qui erant in alia nauī, ut uenirent, &
adiuuaū

adsuarent eos. Et uenerunt, & impleserūt ambas nauiculas, ita ut penè mergeretur. Quòd cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua I E S V , dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesum: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiēs. Et subductis ad terrā nautibus, relictis omnibus, secuti sunt eū.

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui diligentibus te bona inuisibilitate præparasti, infunde cordibus nostris tuī amoris affectum: ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum nostrum I E S V M Christū filium tuum.

Dominica V^a I. post Trinitatis.

SUMMARIUM. Christianus baptismus docet non semel tantum mori peccato, sed etiam huic magisq; mortificando, ne reviuiscat, cōtinenter studeat, & benebeatq; uiuendo, acceptam iustificationem gratiam

EPISTOL. ET EVANGEL.

gratiā cōfirmare , ut hoc modo capiti moriēti & resurgenti mēbra quoq; sese cōforment . Hinc & Euangelium de Christiana iustitia nō fide tanitū , sed etiā operibus cōprobanda tractat : et preterquā quod malum iracundiæ tollit , pacis & charitatis fraternæ bonū statuit , iubens ut iniuriarum immemores , cuius offenso ante omnia recōciliemur ! Si dixissem , Fatue , damnat si unum ir.e peccatum , iram diuinam demeatur , cur uane nobis blandimur de misericordia Dei , quā non cessamus turpiter abutis ?

Epistola Roman. VI.

Fratres , Quicunq; baptizati sumus in Christo I E S V , in morte ipsius baptizati sumus . Cōsepulti enim sumus cū illo per baptismum in mortē , ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris , ita & nos in nouitate uitæ ambulemus . Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius , simul & resurrectionis erimus : Hoc scientes , quia uetus homo noster simul crucifixus est , ut destruatur corpus peccati , ut ultrà non seruiamus peccato . Qui enim mortuus est , iustificatus est à peccato .
Si aus-

Si autem mortui sumus cum Christo,
credimus quia simul etiam uiuemus cū
Christo : scientes quod Christus resur-
gens ex mortuis, iam non moritur : mors
illi ultrā non dominabitur. Quod enim
mortuus est peccato, mortuus est semel :
quod autem uiuit, uiuit Deo . Ita & uos
existimate, uos mortuos quidem esse pec-
cato, uiuentes autem Deo , in Christo
I E S V Domino nostro.

Euangelium Mathæi V.

IN illo tempore, Dixit I E S V S disci-
pulis suis : Amen dico uobis , Nisi a-
bundauerit iustitia uestra plus quam scri-
bārum & phariseorum, non intrabitis in
regnum cœlorum. Audistis quia dictum
est antiquis : Non occides : qui autem
occiderit, reus erit iudicio. Ego autem
dico uobis quia omnis qui irascitur fra-
tri suo, reus erit iudicio . Qui autem di-
xerit fratri suo rhaca , reus erit concilio.
QVI AVTEM DIXERIT, FA-
TV.E, reus erit gehennæ ignis. Si ergo
d offers

EPISTOL. ET EVANGELI.

offers munus tuum ad altare , & ibi res
cordatus fueris , quia frater tuus habet
aliquid aduersum te , relinque ibi mu-
nus tuum ante altare , & uade prius re-
conciliari fratri tuo : & tunc ueniens , of-
feres munus tuum .

Oratio Ecclesiae.

DEVS uirtutum , cuius est totum quod est
optimum , insere pectoribus nostris amorem
cui nominis : & praesta in nobis religionis aug-
mentum , ut quae bona sunt nutrias , ac pietatis
studio quae sunt nutrita , custodias . Per Do-
minus nostrum I E S U M Christum filium
eum .

Dominica V II. post Trinitatis.

S V M M A R I V N , Ad conseruandam ac tuen-
dam gratiam iustificationis confert ex Epistola discere ,
quid intersit inter Christianam libertatem ; (ea nos
iustitiae seruos & ad omne bonum opus expeditos red-
dit) & contrarium seruitutem , que peccatorum iugo
ac tyrannidi se subiectentes damnat . In Euangelio nar-
ratur miraculum de turba septem panibus per Chri-
stum saturata . Vbi suam Dominus uirtutem & miseri-
cordiam ingentem declarat , cum ultra & abunde pa-
scit

DOMIN. POST TRINIT.

fecit famelicos, nullo id beneficij expectante. Neq; nobis
decerit diuina bonitas, tantum queramus primum Dei
regnum & iustitiam eius, gratos prestemus animos, &
acceptis Dei donis non abutamur.

Epistola ad Rom. VI. I.

Fratres, Humanum dico, propter in-
firmitatem carnis uestræ. SI C V T
enim EX H I B V I S T I S membra
uestra seruire immundiciæ & iniuriantiæ
ad iniuriantem, ita nunc exhibete mem-
bra uestra seruire iusticiæ in sanctifica-
tionem. Cùm enim serui essetis peccati,
liberi fuistis iusticiæ. Quem ergo fructū
habuistis tunc in illis, in quibus nunc
erubescitis? Nam finis illorum mors est.
Nunc uero liberati à peccato, serui autē
facti Deo, habetis fructum uestrum in
sanctificationem, finem uero uitā æter-
nam. Stipendia enim peccati, mors. Gra-
tia autem Dei, uita æterna, In Christo
I E S V Domino nostro.

Euangelium Mar. VIII.

d 2 Cum

EPISTOL. ET EVANGEL.

CVm turba multa esset cum IESV,
C nec haberent quod manducarent,
conuocatis discipulis, ait illis : M I S E-
REOR SVPER TVRBAM,
quia ecce iam triduo sustinent me, nec
habent quod manducent : & si dimisero
eos ieunios in domum suam, deficiunt in
uia. Quidam enim ex eis de longe uenie-
runt. Et responderunt ei discipuli suis:
Vnde istos quis poterit hic saturare pa-
nibus in solitudine? Et interrogauit eos,
Quot panes habetis? Qui dixerunt: Se-
ptem. Et præcepit turbæ discubere su-
per terram. Et accipiens septem panes,
GRATIAS AGENS, FREGIT, &
dabat discipulis suis, ut apponenter, &
apposuerunt turbæ. Et habebant pisci-
culos paucos: & ipsos benedixit, & iussit
apponi. Et manduauerunt, & saturati
sunt: & sustulerunt quod superauerat de
fragmentis, septem sportas. Erant autem
qui manduauerant, quasi quatuor mil-
lia, & dimisit eos.

Oratio

Oratio Ecclesiae.

D E V S cuius prouidentia in sui dispositio-
tione non fallitur te supplex exoramus; ut nos
xia cuncta submoveas & omnia nobis profus-
tura concedas. Per Dominum nostrum I E,
S V M Christum filium tuum.

Dominica VIII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Christiani non carni sed sp̄i-
ritui se & sua debent, ita ut carnales cupiditates repris-
mentes, spiritumq; Christi ducem & aurigam suum
prestinentes, que recta sunt continenter agant. Sed hic
sepe nos impediunt tum pseudoprophecē doctrina pers-
uersa, qui multos etiam fallunt sub prætextu pietatis,
cum pseudo Christiani exemplo uitæ corruptæ, dum cons-
sentur se nosse Deū, & factis negant. Igitur utrumq;
genus hominum à suis malis fructibus agnosci & caueri
uult Euangeliū. Preter fidicē radicem, fructus bonos
rum operum, ut saluere, requiruntur. Aliud est credere,
aliud facere patris uoluntatem. Non auditores legis
sed factores iustificabuntur. Rom. 2.

Epiſtola Roman. VIII.

FRatres, Debitores sumus: non carni,
ut secundum carnem uiuamus. Si
enim **SECVNDVM CARNEM**
d 3 uixeris,

EPISTOL. ET EVANGEL.

uixeritis, moriemini: Si autem spiritu, facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Qui cunctis enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii: & haeredes, haeredes quidem Dei: cohæredes autem Christi.

Euangelium Matth. VII.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis, Attendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A FRVCTIBVS EORVM cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis ueras, aut de tribulis ficas? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. OMNIS

NIS ARBOR QVAE non facit fructum bonū, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. **NON OMNIS QVI Dicit** mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum : sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Oratio Ecclesiæ.

Largire nobis Domine, quæsumus, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius & agendi: ut qui sine te esse non possumus, secundum te uiuere ualeamus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica IX. post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Epistola repetit exempla punitionem iniquorum Iudeorum : ita nos à uitij reuocans, præscriptim male concupiscentie, idolatrie, scortationis, tentationis eius, qua DEVS tentatur. Et murmurationis qua D E O & magistratibus obstrepetur. Succedit Euangeliū seu Euangelica parabola de uillico uel œcono mo iniquo, ubi docentur filii lucis ueram sapientiam in opibus ritè dispensandis, cœlogi recondendis. Et est commendatio elemosyne, de

d 4 qua

EPISTOL. ET EVANGEL.

qua Tobias. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat.

Epistola I. Corinth. X.

FRATRES, Non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Necq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque forniscimur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uigintitria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem OMNIA IN FIGVRA contingebant illis, Scripta autem sunt ad correctionem

ptionem nostram, in quos fines seculo-
rum deuenerunt. Itaque qui se existimat
stare, uideat ne cadat. Tentatio uos non
apprehendat nisi humana, fidelis autem
D E V S est, qui non patietur nos ten-
tari supra id quod potestis : sed faciet
etiam cum temptatione prouentum, ut
possitis sustinere.

Euangelium Lucæ. XVI.

IN illo tempore, Dixit I E S V S disci-
pulis suis, parabolā hanc. Homo qui?
dam erat diues, qui habebat uillicum,
& hic diffamatus est apud illum, quasi
dissipasset bona ipsius, Et uocauit illum,
& ait illi: Quid hoc audio de te? RED,
DE RATIONEM VILLICATIO-
NIS tuæ: iam enim non poteris uillica-
re. Ait autem uillicus intra se: Quid fa-
ciam, quia Dominus meus aufert à me
uillicationem? Foderem non ualeo, meno-
dicare erubesco: Scio quid faciam, ut
cūm amotus fuero à uillicatione, recipiat

d s m

EPISTOLÆ ET EVANGELIÆ.

me in domos suas. Conuocatis itaque filios
gulis debitoribus Domini sui, dicebat
primo: Quantum debes domino meo?
At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque
illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito,
scribe quinquaginta. Deinde alij di-
xit: Tu uero quantum debes? Qui ait:
Centum coros tritici. Ait illi: Accipe li-
teras tuas, & scribe octoginta. Et lauda-
uit dominus uillicum iniurias, quia
prudenter fecisset: quia filii huius seculi,
prudentiores filijs lucis in generatione
sua sunt. Et ego dico uobis: F A C I T E
V O B I S A M I C O S de mammo-
na iniurias, ut cum defeceritis, reci-
piant uos in æterna tabernacula.

Oratio Ecclesiæ.

Pateant aures misericordiae tue Domine
precibus supplicantium: & ut perentibus des-
iderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita
postulare. Per dominum nostrum I E S U M
C H R I S T U M filium tuum.

Dominica X. post Trinitatis.

S V M

S V M M A R I V M , Docet Epistola de gratia & virtute Spiritus sancti, quām ea necessaria sit ex multiformis in Ecclesia DEI. Euangeliū habet tristis uaticinium C H R I S T I de Hierusalem deustantam, & eius deuastationis causam exprimit. Accedit zelus Domini in templo repurgando, cieclis inde negotiatoribus. Nobis idem & commune cum Iudeis periculum, si non cognoverimus tempus hoc nostre uisitationis: Repurgemus Christo mentes, ut eius pura templa redimur, diuino cultui semper dediti.

Epistola I. Corinth. XII.

FRatres, Scitis quoniam cū gentes essetis, ad simulacra muta, prout dubitabamini, euntes. Ideo notum uobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema I E S V . Et nemo potest dicere, dominus I E S V S , nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus . Et diuisiones operacionum sunt, idem uero Deus , qui operatur omnia in omnibus . Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem,

farem,

EPISTOLÆ ET EVANGELIÆ

tatem : Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alijs autem sermo scientiae, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitatem in uno spiritu, alijs operatio virtutum, alijs Prophetia, alijs discretio spiritus um, alijs genera linguarum, alijs interpretatione sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult.

Euangelium Lucæ XIX.

IN illo tempore, Cùm appropinquaret IESVS Hierusalem, Videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens : Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te, & coanguistabunt te undiqz, & ad terram prosteruent te, & filios tuos qui in te sunt: Et non relinquent in te lapidem super lapidem, EO QVOD NON COGNOS.

GNOVERIS tempus uisitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eijcere ementes & uendentes, dicens illis: Scriptum est, quia DOMVS MEA, DOMVS ORATIONIS est. Vos autem fecistis illam speluncā latronum. Et erat docens quotidiè in templo.

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui omnipotentiam tuam parcent do maximè & miserando manifestas, multipli ca super nos gratiam tuam, ut ad tua promissa currentes, coelestium bonorum facias esse consortes. Per dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica XI. post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Epistola confirmat Euange- lij ueritatem, fidemque nostram de C H R I S T I & mortuorum resurrectione, miramque Pauli humilitatem demonstrat. Euangeliū uersatur in parabola de Pharisæo & publicano: reuocat ab hypocrisi, arrogancia & fiducia sui, præsertim ubi homini cum D E O agendum est, excitat itidem ad humilitatis & poenitentie cum interioris, tum exterioris studium. Verè dictum: **Oratio humiliantis se penetrat nubes. Iustificatur hic publicanus**

EPISTOL. ET EVANGEL.

publicanus humiliiter orans & paenitens, sed non sola fide. Placent Deo ceremoniae, que citra hipocrisim animi uel humilitate, uel pietate proficiuntur.

Epistola I. Corinth. XV.

Fratres, Notum uobis facio Euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod et saluamini: qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas: & quia uisus est Cephæ, & post hoc undecim: deinde uisus est plusquam quingenis fratribus simul ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus: nouissime autem omnium, tanquam abortiuo, uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus,

stolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Euangelium Lucæ. XVIII.

IN illo tempore, dixit IESVS ad quosdam qui in se confidebant, tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus Phariseus, et alter publicanus. Pharisæus stans, haec apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptiores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlū leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Amén dico uobis, descendit hic iustificatus in dominum suam ab illo: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Oratio

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne DEVS, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excēdis & uota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quæ conscientia metuit, & adiūcas quod oratio non præsumit. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica XII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Testatur Epistola ueram fiduciam & facultatem Christianorum, ac præcipue ministeriorum noui testamenti (quorum ingens est dignitas) à D E O pendere, & per C H R I S T U M accipi. Euangeliū tractat miraculū de surdo & muto, quæ C H R I S T V S rogatus pro sua omnipotenti gratia curarit. Adhibentur et ritus externi seu ceremoniae, quæ admodum ijs etiam Ecclesia uititur ad ædificationem. Est & locus de instantia uanaç gloria fugienda, de usu uero lingue, de prouidentia Dei ritè omnia disponentis.

Epistola II. Corinth. III.

F Ratres, Fidutiam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficienes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra

stra ex Deo est : qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti , non litera sed spiritu . Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat . Quod si ministratio mortis , literis deformata in lapidibus , fuit in gloria , ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Mosis , propter gloriam uultus eius que euacuatur , quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria ? Nam si ministratio damnationis in gloria est , multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria .

Euangelium Mar. VII.

IN illo tempore , Exiens I E S V S de finibus Tyri , uenit per Sidonem ad mare Galilææ , inter medios fines Decapolis , & adducunt ei surdum & mutum , & deprecabantur eum , ut imponat illi manum . Et apprehendens eum de turba seorsum , misit dígitos suos in aúriculas eius : & expuens , tetigit lingua eius : & suspiciens in cœlum , in-

e gemuit .

EPISTOL ET EVANGELI

genuit, & ait illi: Epheta, quod est, Adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculum linguae eius, & loquebatur recte. Et PRAECEPIT ILLIS IESVS, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plūs prædicabat, & eo amplius admirabantur, dicentes: BENE OMNIA FECIT, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens & misericors DEVS, de cuius munere uenit, ut libi à fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica XIIII. post Trinitatis.

SUMMARY. Lex Moysi utilis quidem, & a DEO tradita Iudeis, sed non iustificat. Per fidem enim saluamur, & benedictionis gratiam Abram be patri nostro promissam accipimus. si Abraham imitatores. Prior Evangelij pars laudat & complatur

DOMIN. POST TRINITATI.

ter Apostolos, immo credentes omnes: altera gemina charitatem credentibus necessariā proponit: prostrema cominet insignē parabolā de Samaritano, eiusq; imitanda charitate & misericordia. Sine charitate fides inesse potest, prodesse non potest Paulo & Augustinū teste. Hec est autem charitas Dei, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. 1. Ioan. 5.

Epistola Galat. III.

FRatres, Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandum promissionē. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus

e 2 autem

EPISTOL. ET EVANGELI

autem unus est. Lex ergo aduersus promissa Dei : Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare , uerè ex lege esset iustitia . Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide I E S V Christi daretur credentibus.

Euangelium Lucæ X.

I N illo tempore, Dixit I E S V S discipulis suis : Beati oculi qui uident quæ uos uidetis . Dico enim uobis , quod multi Prophetæ & reges uoluerunt uider quæ uos uidetis , & non uiderunt : & audire quæ auditis, & non audiérunt . Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens : Magister, quid faciendo, uitam æternam possideo : At ille dixit ad eum: In lege quid scriptū est: Quomodo legis : Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo , & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua : & proximum tuum. sicut teipsum.

serm. Dixitq; illi : Recte respondisti : hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad I E S V M : Et quis est meus proximus ? Suspiciens autem I E S V S, dixit : Homo quidam descenderat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones , qui etiam despoliauerunt eum : & plagiis impositis , abiérunt, semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia : & uiso illo, præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & uideret eū, persuasus. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum: & uidens eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Et imponens illum in lumen suum , duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait : Curam illius habe , & quodcunque superero, gaueris , ego cùm rediero, reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi , qui incidit in latrones?

e 3 At ille

EPISTOL. ET EVANGEL.

At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi I E S V S: Vade, & tu fac similiter.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens semperne D E V S , da nos bis fidei , spei & charitatis augmentum : & ut mereamur assequi , quod promittis , fac nos amare quod præcipis. Per Dominum nostrum I E S V M Christū filium tuum.

Dominica XIIII. post Trinitatis.

S U M M A R I V M . Distinguit Epistola inter carnem & Spiritum , inter operacarnis que dampnant , & fructus Spiritus homini salutares. Appetitus rationi , caro Spiritui in Christiano seruiat necesse est. Euangelium adfert C H R I S T I miraculum decuratis decem leprosis , inter quos unius tantum debitas D E O & Redemptori gratias egit. Adeò paucis DEO se gratos & accepte gratiae memores exhibent. Aegri Deum invocamus , sani negligimus omnia sacra , ingratitude Christianos ethnici deteriores facit. Vide sacerdotium hic & alibi honoratum à Christo , nunc vero contemptum à heretis profis ; quae certe

*certe nunquam nisi per sacerdotes ab illa contagiosa
falsa sue doctrine lepra mundamur.*

Epistola Galat. V.

Fratres, Spíritu ambulate, & deside,
ria carnis non perficietis. Caro enim
concupiscit aduersus spíritum, spíritus
aut̄ aduersus carnem. Hæc enim sibi in-
uicem aduersantur, ut non quæcunque
uultis, illa faciatis. Quod si spíritu duci-
mini, non estis sub lege. Manifesta sunt
autem opera carnis, quæ sunt, fornica-
tio, immunditia, impudicitia, luxuria, i-
dolorum seruitus, beneficia, inimicitiae,
contentiones, æmulationes, iræ, rixæ,
dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia,
ebrietates, comedationes, & his similia:
Quæ prædico uobis, sicut prædixi, quo-
niam qui talia agunt, regnum Dei non
consequentur. Fructus autem spíritus
est, charitas, gaudiū, pax, patientia, lon-
ganimitas, bonitas, benignitas, mansues-
tudo, fides, modestia, continentia, casti-
tas.

c 4 tas.

EPISTOL. ET EVANGELI
cas. Aduersus huiusmodi non est lex.
Q VI AVTEM SVNT CHRI
STI, carnem suam crucifixerunt cum
vitjjs & concupiscentijs.

Euangelium Lucæ XVII.

IN illo tempore, dum iret I E S V S in Hierusalem, transibat per medium Samariam & Galilæam. Et cum ingredere tur quoddam castellum, occurserunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, & levauerunt uocem, dicentes: I E S V præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit: Ite, O STENDITE VOS SACERDOTIBVS. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est, cum magna uoce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem I E S V S, dixit: NON NE DECIM mundati sunt: Et nouem ubi sunt?

sunt: Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena! Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.

Oratio Ecclesiæ.

Custodi Domine, quæsumus, Ecclesiam tuam propitiacione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs & abstrahatur à noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Dominica XV. post Trinitatis.

S V M M A R I V M. Christianos decet secundū spiritum uiuere, non se extollere, aut alios lèdere, tum leniter præsertim cū lapsis, in admonendo age= re, imbecillioribus se accommodare, hospitales & be= neficos esse, & in recte agendo perseuerare. Sic ad= monet Epistola. In Euangeliō uni Domino non plu= ribus, Deo non mammonæ seruire docemur, ac po= tiſſimum à cura & solitudine uitæ huius reuoca= mur, ut non temporalia, sed Spiritualia primum & studioſe inquiramus. Iacta cogitatum tuum in Domi= num, & ipſe te enutriet. Reuelata Domino uiam, tuā

e 5 & ſpera

EPISTOLA ET EVANGEL.

Espera in eo: et ipse faciet inquit Psaltes. Laborandum quidem sed instar avium, sine sollicitudine.

Epistola Galat. V. & VI.

Fratres, Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si praecoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. **A L T E R A L T E,** **R I V S** onera portate, & sic ad implebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. **V N V S Q V I S,** **Q V E E N I M** onus suum portabit. Communicet autem is, qui catechizatur uerbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare, Deus non irritetur. **Q V A E E N I M S E M I N A V E,** **R I T**

RIT homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficietes. Ergo DVM TEMPVS HABEMVS, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

Euangelium Math. VI.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diligeret: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico uobis, NE SOLICITI SITIS animæ uestræ, quid manducetis: neque corpori uestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: Et corpus plus quam uestimentum: Respicie uos latilia coeli, quoniam non seruant, neque metunt.

EPISTOL. ET EVANGEL.

metunt, neque congregant in horreo: & pater uester cœlestis paſcit illa. Nonnè uos magis pluris estis illis: Quis autem ueſtrūm cogitans, potest adiçere ad ſatcuram ſuam cubitum unum: Et de ueſtimentis quid ſolicieti eſtis: Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. Si enim foenum agri quod hodiè eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic uestit, quanto magis uos modicæ fidei? Nolite ergo ſolicieti eſſe, dicētes: Quid manducabimur, aut quid bibemus, aut quo operemur: Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. Q V A E R I,
T E E R G O P R I M V M R E,
G N V M D E I & iuſtitiam eius, &
hæc omnia adiçientur uobis.

Oratio Ecclesiae.

Eccleſiam

Ecclesiam tuam , quæsumus Domine , misericordia continuata munder & muniat : & , quia sine te non potest salua consistere , tuo semper munere gubernetur . Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum .

Dominica XVII. post Trinitatis.

SUMMARIUM. Magnum Paulini spiritus ardorem spirat Epistola : que hortatur etiam , ne deficiamus in tribulationibus , & optare docet proximis a DEO spiritum efficacem , bonorumque spiritalium copiam . Euangelium , CHRISTI probat potentiam æquè ac misericordiam , cum narrat miraculum de uiduae filio apud Naïm & uite , & matris restituto . Typum habes Ecclesie matris , que suos filios spiritualiter mortuos deplorat , & offert Christo uitæ auctori resuscitandos . Is tam dilecta sponsa nihil non tribuit .

Epistola ad Ephes. III.

Fratres , Propter quod peto , ne deficio ciatis in tribulationib⁹ meis prouerbis , quæ est gloria uestra . Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri IESV Christi , ex quo omnis pasternitas

EPISTOL. ET EVANGELI.
ternitas in coelis & in terra nominatur,
ut det uobis secundum diuitias gloriae
suae , virtutem corroborari per spiritum
eius in interiore homine : Christum bas-
bitare per fidem in cordibus uestris, in
charitate radicati & fundati , ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis,
quae sit latitudo, & longitudo, & sublimi-
tas, & profundum, scite etiam superemi-
nentem scientiae charitatem Christi , ut
impleamini in omnem plenitudinem
DEI. Ei autem qui potens est omnia
facere superabundanter quam petimus
aut intelligimus, secundum uirtutem quae
operator in nobis: ipsi gloria in Ecclesia,
& in Christo IESV in omnes genera-
tiones seculi seculorum, Amen.

Euangelium Lucae VII.

IN illo tempore, ibat IESUS in ciui-
tatem , quae uocatur Naim : & ibant
cum eo discipuli eius , & turba copiosa:
Cum autem appropinquaret portae ciui-
tatis

tatis , eccē defunctus efferebatur , filius unicus matri suæ : & hæc uidua erat , & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cù uidisset Dominus , misericordia motus super eam , dixit illi : N O L I F L E R E . Et accessit , & tetigit loculum . Hí autem qui portabant , steterunt . Et ait : Adolescens , tibi dico , surge . Et resedit qui erat mortuus , & coepit loqui . Et dedit illum matri suæ . Accepit autem omnes timor , & magnificabant Deum , dicentes : Quia Propheta magnus surrexit in nobis , & quia Deus uisitauit plebem suam .

Oratio Ecclesiæ.

Tua nos Domine , quæsumus , gratias semper præueniat & sequatur , ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos . Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum .

Dominica XVII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M . Digne uocatione sua uiuans Christiani , presertim unitatis Ecclesiastice studioſi , iſchismæ

EPISTOL. ET EVANGEL.

iscibismate alieni, mutua semper inter se charitate et
pace coniuncti. Sic Epistola: cui adhaeret Euangeliū
de curato hydro pico, eiusq; miraculi defensione conc
tra Pharisæos propter sabbatum. Additur parabola
de infimo loco conuiuij diligendo, ut humilitas, uera
ad gloriam uia, commendetur. Hic uerus usus Saba
bati seu dierum festorum explicandus, et contra mun
di superbiam humilitatis studium prædicandum.

Epistola Ephes. IIIII.

Fratres, Obscuruos ego uinctus in
Domino, ut dignè ambuletis uoca
tione, qua uocati estis, cū omni humili
tate & mansuetudine, cū patientia sup
portantes inuicem in charitate, solliciti
seruare unitatem spiritus in vinculo pa
cis. Vnum corpus & unus spiritus, sicut
uocati estis in una spe uocationis uestre.
Vnus Dominus, una fides, unū baptis
ma: Vnus Deus & pater omnium, qui
est super omnes, & per omnia, & in om
nibus nobis. Qui est benedictus in secul
la seculorum, Amen.

Euangelium Luca XLLL.

In illo

IN illo tempore, Cùm intraret IESVS
in domum cuiusdam principis Phari-
sæorum sabbato manducare panē, & ipsi
obseruabant eum. Et ecce homo quidā
hydropicus erat ante illū. Et respondens
IESVS, dixit ad legisperitos & pharisæ-
os, dicens: Si lícet sabbato curare? At illi
tacuerunt. Ipse uero appræhensum sana-
uit eum, ac dimisit. Et respondens ad il-
los, dixit: Cuius uestrūm asinus aut bos
in puteum cadet, & non continuò extra-
het illum die sabbati? Et non poterant
ad hæc respondere illi. Dicebat autem
& ad inuitatos parabolam, intendens
quomodo primos accubitus eligerent,
dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris
ad nuptias, non discumbas in primo lo-
co, ne forte honoratior te sit inuitatus ab
illo: & ueniens is qui te & illum uoca-
uit, dicat tibi, da huic locum: & tunc in-
cipias cum rubore nouissimum locum
tenere. Sed cùm uocatus fueris, uade,
RECVMBE IN NOVISSI-
MO LOCO: ut cum uenerit qui
te inui-

EPISTOL. ET EVANGEL.

te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascen-
de superius. Tunc erit tibi gloria coram
simul discubentibus: Quia OMNIS
QVI SE EXALTAT, humili-
bitur: qui se humiliat, exaltabitur.

Oratio Ecclesiæ.

Da quæsumus Domine populo tuo diabolis
licita uitare contagia, & te solum Deum pura-
mentè sectari Per Dominum nostrum IESVM
Christum filium tuum.

Dominica XVIII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M, Exemplo Pauli in Epistola
prouocamus assiduas Deo gratias agere, aliorum pro-
fectui & successui congaudere, nostramq; uocationem
immaculata uita ad finem usq; testari. In Euangelio
duæ questio[n]es tractantur: altera de magno mandato
dilectionis Dei & proximi, altera de genere Ecclesiæ,
sit ne is filius David? Fidem cum charitate coniungat,
qui Christi discipulus esse uoleat.

Epistola I. Corinth. I.

F Ratres, Gratias ago Deo meo semper
per pro uobis, in gratia Dei, quæ da-
sa est

ta est uobis in Christo I E S V , quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia , sicut testimonium Christi cōfirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationē Domini nostri I E S V Christi : qui & confirmabit uos usq; in finem sine crimine , in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

Euangelium Matth. XXII.

IN illo tempore , Accesserunt ad I E S V M Pharisei , & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mādatum magnū in lege: Ait illi IESVS: DILIGES DOMINVM DEVIM TV VM ex toto corde tuo , & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum . In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & Prophetæ . Congregatis autem Phariseis , interrogauit

f 2 eos

EPISTOL. ET EVANGEL.

¶ eos IESVS , dieens : Quid uobis uides
tur de Christo, cuius filius est : Dicūteis:
Dauid : Ait illis : Quomodò ergo Da-
uid in spíitu uocat eum Domínū, di-
cens : Dixit Domínus Domíno meo,
sede à dextris meis , Donec ponam ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum :
Si ergo Dauid uocat eū Domínū, quo-
modo filius eius est : Et nemo poterat ei
respondere uerbū : neçq; ausus fuit quis,
quā ex illa die eum ampliūs interrogare.

Oratio Ecclesiæ.

Dirigat corda nostra quæsumus Domine
tuæ miserationis operatio, quia tibi sine te plas-
cere non possumus . Per Dominum nostrum
IESVM Christum filium tuum.

Dominica XIX. post Trinitatis.

SVMMARIVM , Non sat est Christiano , semel
in baptismo mundari , nisi quotidie spiritualem renoua-
tionem meditetur & prestat in iusticia & sanctitate
uite. Caueat igitur à noxijs, ut mendatio, ira, furto, otio,
& his contrarias exerceat uirtutes , ueritatem , man-
fuetudinem, liberalitatem, pietatem : hoc est , ueterem
hominem cum nouo in Christo commutare. Miraculum
de perso.

de paralitico sequitur, in quo uides Christi potestatem admirandam & confirmationem fidei de remissione peccatorum, & ordinem ueræ curationis, nimiram ut animi quam corporis pestes prius sanentur.

Epiſtola Ephes. IIII.

E Ratres, Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominē, qui secundum Deum creatus est, in iustitia et sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem uniusquisque cum proximo suo: quoniam sumus in uicem membra. Iascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatē pateti.

Evangeliuſ Matb. IX.

IN illo tempore, Ascendens I E S U S in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paro-

EPISTOL. ET EVANGEL.

et paralyticum, iacentem in lecto. Vis-
dens autem I E S V S fidem illorum, di-
xit paralytico: Confide fili, remittuntur
tibi peccata tua. Et eccè quidam de scri-
bis dixerunt intra se: Hic blasphemat.
Et cùm uidisset I E S V S cogitationes
eorum, dixit: VT QVID COGITA-
TIS MALA in cordibus uestris: Quid
est facilius dicere, dimittuntur tibi pec-
cata tua: an dicere, surge & ambula: Vt
autem sciatis, quia filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata,
tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum
tuum, & uade in domum tuam. Et sur-
rexit, & abiit in domum suam. Videntes
autem turbæ, timuerunt, & glorificaue-
runt Deum, qui dedit potestatem talem
hominibus.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens & misericors DEVS uniuersa
nobis aduersantia propitiatus exclude: ut men-
te & corpore parcer expediti, quæ tua sunt, li-
beris mentibus exequamur. Per Dominum
nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica

Dominica XX. post Trinitatis.

S V M M A R I V M . Epifola Chriftianam re quirit prudentiam in tempore hoc rite transigendo. Absit luxus & carnis curanda studium , queratur uoluptas non carnis sed spiritus : ut in hymnis & precati onibus pijs . Euangelium in parabola uerfatur de inuitatis ad nuptias, primum ostendens Iudeos iuste à DEI regno exclusos, quia uocati uenire contempserint : Deo inde damnans etiam uocatos è gentibus , qui per fidem quidem ingredientes , ueste nuptiali , sicut & faste uirgines oleo , id est , charitate Dei & proximi ornant , neque compre hinc suam in Christo uocationem.

Epifola Ephes. V.

Fratres, Videte quomodo cautè amabuletis, non quasi insipientes , sed ut sapientes, redimentes tempus , quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes , sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei. Et nolite inebriari uino, IN QVO EST LVXVRIA : sed impleamini spiritus sancto, loquentes uobis metipsis in psalmis & Hymnis & cantis.

f 4 cis spis

EPISTOL. ET EVANGEL.

cis spiritualibus , cantantes & psallentes
in cordibus uestris Domino . Gratias a-
gentes semper pro omnibus, in nomine
Domini nostri I E S V Christi, Deo &
patri, subiecti in uicem in timore Christi.

Euangelium Matth. XXII.

IN illo tempore. Loquebatur IESVS
cum discipulis suis , in parabolis, Di-
cens : Simile est regnum cœlorum ho-
minis regi , qui fecit nuptias filio suo , &
misit seruos suos uocare inuitatos ad nu-
ptias : & nolebant uenire . Iterum misit
alios seruos, dicens : Dicite inuitatis: Ec-
ce prandium meum paraui, tauri mei &
altilia occisa sunt , & omnia parata: ue-
nite ad nuptias. Illi autem neglexerunt,
& abierunt , alius in uillam suam , aliis
uerò ad negociationem suam . Reliqui
vero tenuerunt seruos eius, & contume-
lijs affectos occiderunt. Rex autem cum
audisset , iratus est : & missis exercitibus
suis, perdidit homicidas illos , & ciuita-
tem illorum succendit . Tunc ait seruis
suis:

Suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui in uitati erant, non fuerunt digni. Itē ergo ad exitus uiarum: & quoscunq; inuenérítis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenérunt, malos & bonos. Et impletæ sunt nuptiæ discumbētium. Intrauit autem rex ut uideret discumberentes: & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras extiores: ibi erit fletus & stridor dentium. **MVLTI enim SVNT VOCATI,**
PAVCI VERO ELECTI.

Oratio Ecclesiæ.

Largire quæsumus Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offendisis, & secura tibi mente deseruant. Per Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum.

f s Domi

EPISTOL. ET EVANGELI
Dominica XXI. post Trinitatis:

S U M M A R I V M. Ad militiam spiritualis ritę fortiterq; obcundans Paulushortatur, & addit quae sit armatura opus ad uincendum hostem plane formidabilem, ueritate scilicet, iustitia, pace, fide, salute & uerbo Dei. Miraculum sequitur de curato Reguli filio, & docet C H R I S T I uirtutem ac benignitatem, qui Regulum paulatum ad fidem integrans prouebit, non minus patris mentem, ac filij corpus sanans.

Epistola Ephes. VI.

Fratres, Confortamini in Domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam N O N E S T N O B I S C O L L V C T A T I O aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiae in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induitolo-
riam

ricam iustitiae, & calceati pedes in præparationem Euangeli pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei.

Euangelium Ioan. IIII.

IN illo tempore, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia I E S V S adueniret a Iudaea in Galileam, abiit ad eum & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo I E S V S ad eum: Ni si signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descend de priusquam moriatur filius meus. Dixit ei I E S V S: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei I E S V S, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurserunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in quam me

littera

EPISTOLÆ ET EVANGELIÆ

Ilūs habuerit, & dixerunt ei, quia hæc hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei I E S V S, Filius tuus uiuit. Et credidit ipse, & Domus eius tota.

Oratio Ecclesiæ.

Familiam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi, ut à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Dominica XXII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M M, Epistola hec ardenter Pauli affectibus effulget, que nos etiam ad currendum in via DEI exanimat, magnâq; proponit charismata ad bene beatèq; uiuendum desideranda & precanda. Evangelium versatur in parabola de rege rationem à seruis suis depositente, iustamq; severitatem exercente in scrum crudelē ac inhumanum. Estq; commenda concordie & ignorantie fraternæ, qua sine peccata nulli à D E O remittuntur.

Epistola Philipl. I.

Fratres,

Farres, Confidimus in Domino IE
SV, quia qui coepit in uobis opus
bonum, perficiet usque in diem Christi
IESV. Sicut est mihi iustum hoc sentire
pro omnibus uobis, eo quod habeam
uos in corde, & in vinculis meis, & in
defensione & confirmatione Euange-
lij, socios gaudij mei omnes uos esse. Te-
stis enim mihi est Deus, quomodo cu-
piam omnes uos in uisceribus I E S V
Christi: & hoc oro, ut charitas uestra
magis ac magis abundet in omni scien-
tia & in omni sensu, ut probetis potio-
ra, ut sitis sinceri & sine offensa in diem
Christi, repleti fructu iustitiae per I E-
S V M Christum, in gloriam & laudem
Dei.

Euangelium Matth. XVIII.

IN illo tempore, dixit I E S V S disci-
pulis suis parabolam hanc: Simile est
regnum cœlorū homini regi, qui uo-
lustrationem ponere cum seruis suis. Et
cum coepisset rationem ponere, oblatus
est ei

EPISTOLÆ ET EVANGELI.

est ei unus, qui debebat ei decem millia
talenta. Cùm autem non haberet unde
redderet, iussit eum Dominus eius ve-
nundari, & uxorem eius, & filios, & om-
nia quæ habebat, & reddi. Procidens au-
tem seruus ille, orabat eum, dicens: Pa-
tientiam habe in me, & omnia reddam
tibi. Misertus autem Dominus servi illi-
us, dimisit eum, & debitum dimisit ei.
Egressus autem seruus ille, inuenit unū
de conseruis suis, qui debebat ei centum
denarios: & tenens, suffocabat eum, di-
cens: Redde quod debes. Et procidens
conseruus eius, rogabat eum, dicens:
Patientiam habe in me, & omnia red-
dam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, &
misit eum in carcerem, donec redderet
debitum. Videntes autem conserui eius
quæ fiebant, contristati sunt ualde. Et
uenerunt, & narrauerunt Domino suo
omnia quæ facta fuerant. Tunc uocauit
illum Dominus suus, & ait illi: Serue
nequam, omne debitum dimisi tibi, quo-
niam rogasti me: nonnè ergo oportuit
& te

& te misereri conserui tui, sicut & ego
tui misertus sum: Et iratus Dominus
eius, tradidit eum tortoribus quoadus-
que redderet uniuersum debitum. Sic &
pater meus caelestis faciet uobis, si non
remiseritis unusquisque fratri suo de cor-
dibus uestris.

Oratio Ecclesiae.

DEVS refugium nostrum & virtus, ades-
to p̄j̄s Ecclesiae tuæ præcibus author ipse pie-
tatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, effi-
caciter consequamur. Per Dominum nostrum
IESVM Christum filium tuum.

Dominica XXIII. post Trinitatis.

S V M M A R I V M . Ad recte uiuendam Epis-
tola instituit, cum reuocat à consortio malorum &
prouocat ad sanctorum exemplum atq; imitationem,
addito etiam premio in benefactis perseveranti. In E-
vangelio queritur ac respondetur de censu seu tributo
soluendo Cæsari: conuincitur hypocrisis Pharisaica,
uincit D E I sapientia, & Magistratibus obediendi ins-
ec munus comprobatur.

Epistola Philip. III.

Fratres,

EPISTOL. ET EVANGELI.

Fratres, Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sàpè dicebam uobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. NOSTRA AVTEM CONVERSATIO in cœlis est. Vnde etiam salvatorem expectamus Dominum nostrum IESVM Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam posset subiçere sibi omnia, I E S V S Christus Dominus noster.

Euangelium Matth. XXII.

Nillo tempore, Abeuntes Pharisæi, consilium inéirunt, ut caperent IESVM in sermone, & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei

Dei in ueritate doces, & non est tibi curia de aliquo. Non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem IESVS nequitia eorum, ait: Quid me tentatis Hyppocrите? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis IESVS: Cuius est imago haec & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: REDDITE ERGO QVAE sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.

Oratio Ecclesiæ.

Absolve quæsumus Domine tuorum delicta populorum, & à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

*Dominica XXXIII. post
Trinitatis.*

g SVMMA.

EPISTOL ET EVANGEL.

S U M M A R I V M . Infinuat Epistola , quoniam
excelsa Dei dona nobis & alijs proponere atq; ope-
re debeamus , presertim ut superiores anime nires
rite administremur : intellectus quidem clariora luce
ueritatis , uolumas firmiore uitutum exercitatione ,
ac memoria demum pleniora diuinorum beneficio-
rum recordatione . Euangelium duplex habet mira-
culum Christi : alterum de Emorroissa , alterum de
Archisynagogi filia . Illic sanguis fluxus in via fisti-
tur , hic mortua in cibis uite redditur . Vtrobique
Christi uirtus & bonitas praesens : sed in Emorroissa
uelut que gemium typus esset , precipue fides , humili-
tas & gratiudo Christiana nobis commendatur .

Epistola Colos. I.

F Ratres , Non cessamus pro uobis or-
frantes & postulantes , ut impleami-
ni agnitione uoluntatis eius , in omni sa-
pientia & intellectu spirituali , ut ambu-
letis dignè Deo , per omnia placentes ,
in omni opere bono fructificates , & cre-
scentes in scientia Dei , in omni uirtute
confortati secundum potentiam clarita-
tis eius , in omni patientia & longanimi-
tate cum gaudio , gratias agentes Deo
patribus

patri, qui dignos nos fecit in partem foris sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Per I E S V M Christum Dominum nostrum.

Euangelium Math. IX.

IN illo tempore, Loquente I E S V ad turbas, ecce princeps unus accessit, & adorauit eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta est: sed ueni, imponne manu tuam super eam, & uiuet. Et surgens I E S V S, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si testigo tantum uestimentum eius, salua ero. At I E S V S conuersus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salua facta est mulier ex illa

g 2 hora,

EPISTOL. ET EVANGEL.

Ihera. Et cum uenisset I E S V S indo-
sum principis , & uidisset tibicines &
turbam tumultuantem, dicebat: Rece-
dite: non est enim mortua puella , sed
dormit. Et deridebant eum. Et cùm eie-
cta esset turba, intravit & tenuit manum
eius , & dixit : Puella, surge. Et surrexit
Puella. Et exiit fama hæc in uniuersam
terram illam.

Oratio Ecclesiæ:

Excita quæsumus Domine tuorum fidelium
uoluntates , ut divini operis fructum propene-
suis exequentes , pietatis tuæ remedia maiora
percipient. Per Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Dominica XXV. post Trini-
tatis, & eadem ante Ad-
uentum proxima.

S V M MARI V M. Prophetica lectio nos trans-
fert ac preparat ad Dóminicam sequentem , quando
tempus Aduenit Domini auspiciabimur. Nunc admor-
incur promissione diuina, cundē aduentū salutare
& efficacē

Con efficacem fore. Nec male respondet Euangeliū de
saturata tot millium turba in deserto, quæ palam būc
aduentū in Christo agnoscit ac prædicat. De quo mi-
raculo alibi quoq; dictū. Alterum Euangeliū quod
quibusdam Ecclesijs in usu est, horrenda proponit nō
solū de destructione Hierusalem, sed etiam de Anis
christo, eiusq; præcursorib; hereticis, itē de tempo-
ribus nouissimis, et extremi iudicij die. Huc demū spea-
ctat illud: IN OMNIBVS operibus tuis memora-
re nouissima tua, et in eternū nō peccabis, Ecclesi-
stico teste. Terribilis expectatio iuditij, inquit Paulus.

Lectio Hieremie XXIII.

Fratres, Eccè dies ueniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauíd germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est nomen quo uocabunt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc eccè dies ueniunt, dicit Dominus: & non dicent ultra, Vixit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Aegypti: sed, Vixit Dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israël et

EPISTOLA ET EVANGEL.

terra Aquilonis , & de cunctis terris, ad
quas eleceram eos illuc , & habitabunt
in terra sua : dicit Dominus omnipotēs,

Evangeliū Math. XXXIII.

CVm uideritis abominationem de-
solationis , quæ dicta est à Daniele
Propheta , stantem in loco sancto : qui
legit intelligat : tunc qui in Iudæa sunt,
fugiant ad montes : & qui in techo , non
descendat tollere aliquid de domo sua:
& qui in agro , non reuertatur tollere tu-
nicam suam. Væ autem prægnantibus
& nutrientibus in illis diebus. Orate au-
tem , ut nō fiat fuga uestra in hyeme uel
Sabbato. ERIT enim TVNC TRI-
BVLATIO MAGNA , qualis
nō fuit ab initio mundi usq; modò , neq;
fier. Et nisi breuiati fuissent dies illi , non
fieret salua omnis caro : sed propter ele-
ctos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis
uobis dixerit , ECCE HIC EST
CHRISTVS , AVT ILLIC:
nolite credere , Surgent enim pseudo-
christi

christi & pseudoprophetæ, & dabunt si-
gna magna & prodigia, ita ut in errorem
inducantur, si fieri potest, etiam electi.
Eccè prædixi uobis. Si ergo dixerint uo-
bis, Eccè in deserto est, nolite exire: Ecs-
cè in penetralibus, nolite credere. Sicut
enam fulgur exit ab oriente, & paret usq;
in occidentem: ita erit & aduentus filij
hominis. **VBICVNQVE FVERIT**
CORPVS, illuc congregabuntur &
aquilæ, Statim autem post tribulatio-
nem dierum illorum sol obscurabitur, &
luna nō dabit lumen suum, & stellæ cas-
dent de cœlo, & virtutes cœlorum com-
mouebantur. Et tunc apparebit signū fis-
lij hominis in cœlo. Et **TVNC PLAN-**
GENT OMNES tribus terræ, &
uidebunt filium hominis uenientem in
nubibus cœli, cū uirtute multa & maie-
state. Et mittet Angelos suos cū tuba &
uoce magna: & congregabunt electos
eius à quatuor uentis, à summis cœlorū
usque ad terminos eorum. Ab arbore au-
tem fici, discite parabolam: Cūm iam

g 4 ramus

EPISTOL. ET EVANGEL.

ramus eis tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est aestas. Ita & uos cū uideritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amén dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. COELVM ET TERRA TRAN SIBVNT, uerba autem mea non præteribunt.

Actus Euangeliū Ioān. VI.

IN illo tempore, Cūm subleuasset oculus Iesu, & uidisset &c. Reliqua uide folio. 98.

Oratio Ecclesiae.

Excita Domine quæsumus tuorum fidelium voluntates, ut diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum: qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia seculorum, Amen.

DOMINICALIVM

Lectionum finis.

VBI



VBI SVM EGO, ILLIC ET MI-
nister meus erit. Si quis mihi ministrat
ueritatem, honorificabit eum pater
meus. Ioan. XII.

g s DE FE

DE FESTIS SANCTORVM DIE. bus Praefatio.

Debus qui sanctissimæ
Trinitati Dominicis
totius anni omnibus
celebrantur, pleriq;
Deipare Virgini sa-
cri, ac aliorum Sanctorum honore cele-
bres interseruntur. Cuiusmodi sancto-
rum festivitates appellamus, quæ nobis
partim propter uenerandam antiquita-
tem (complures enim multis retro secu-
lis institutæ, magnop; piorum consensu
haec tenus obseruatæ sunt) partim ob
communem utilitatem, quæ inde ad nos
redit, in Ecclesia conseruari & colt
magnopere

DE FESTIS SANCTORVM DIEBVS
magnopere debent. Etenim nostri pro-
fectus causa, ut magnus inquit Basilius,
celebranda est sanctorum memoria, non
quod illi nostris indigeant laudibus, sed
quod nobis ipsorum uitæ historia & cō-
memoratio sit necessaria. Monet igitur
& Augustinus: Natalitia sancto-
rum cum sobrietate celebrate, ut imite-
mur eos qui nos præcesserunt, & gau-
deant de uobis qui orant pro uobis, ut be-
nedictio Domini in æternum maneat.
Et Bernardi præclara vox est: Tria
sunt inquit, quæ in festiuitatibus sancto-
rum vigilanter considerare debemus, au-
xilium sancti, exemplum eius, confusio-
nem nostram. Auxilium eius, quia qui
potens in terra, potentior in cœlis est an-
te faciem Domini Dei sui. Si enim dum
hic abduc uiueret, misertus est peccatori-
bus &

bus & orauit pro eis (uti Moyses,
Stephanus, Paulus) nunc tanto plus,
quanto uerius agnoscit miseras nostras,
orat pro nobis patrem : quia beata illa
patria charitatem illius non imminuit,
sed augmentauit. Plura idem adiungit
de exemplo uniuscuiusq; sancti unitando,
& de confusione nostra inde humiliter
elicienda , demum in hæc uerba conclu-
dens : Sic ergo in sanctorum festiuitati-
bus & gaudere & confundi debemus:
gaudere , quia patronum præmisimus:
confundi, quia eos imitari non possumus.
Habes iam ex ore duorum uel trium pro-
batorum testimoniū, quid uetus Ecclesia tum
senserit, tum docuerit de sanctis, eorumq;
ferijs & cultu. Quo magis cauendum
est ab istis Vigilantianis iam olim qui-
dem iuste damnatis , sed hoc infelici sae-
culo

DE FESTIS SANCTORVM DIBVS
culo uelut ab inferis resuscitatis, quos ni-
bil pudet sanctorum meritis, & inter-
cessioni ac honori detrabere, & pro-
batas corum ferias abrogare. Quid au-
tem hoc est aliud obsecro, quā Deum
ipsum in sanctis suis inbonorare, &
sponsum in Ecclesia sponsa contemnere
legesq; ac terminos transgredi, quos pre-
suerunt Patres nostri & sanctissimi, ce-
sapientissimi. Si quis autem uult con-
tentiosus esse, nos talem consuetudinem
non habemus, neq; Ecclesia Dei. Hec
nouit Creatorem & Redemptorem lau-
dare, celebrare & colere in sanctis suis,
tum ad excitandam in nobis illorum imi-
tationem, tum ut meritis eorum confo-
ciemur, atq; orationibus adiuuemur.
Vt Augustinus & Isidorus testan-
tur.

De diebus

240

DE DIEBVS SACRIS DEI P. rae Virgini.



Eatisimae MARIAE Virginis sacris diebus primum idcirco locum meritò tribuimus, quod & crebriores & celebriores existant alijs omnibus, qui ceteris in Ecclesia sanctis deputantur. Nam sanctissima illa Virgo gratia plena, inter mulieres benedicta, Domini mater, ac lilyum inter spinas, reliquum sanctorum omnium ordinem facile annecellit. Veneramur Catholici CONCEPTIONEM eius, que ut Augustinus testatur, non solum non peccauit, sed nec peccare potuit, & super omnes ab omni labe peccati preseruata est. Veneramur NATIVITATEM eius, quia Eua maledictio in benedictionem conuertitur, & Virga ex Iesse radice pullulans, perditus mundo salutifera exoritur. Veneramur eandem ob PRESENTATIONEM, quia puella sancta a sanctis parentibus in templo presentata, us etiam Nicéphorus probat, & in domum

Dat

6 : EPISTOL ET EVANGEL.

rei plantata et impingnata spiritus, velut olim est
eterea, omnis virtutis habitaculum facta est, prope
decebat eam, quem finum erat Deum suscepere,
teste Damasco. Veneramur eam ob ANNUN-
TIATIONEM felicissimam, a omnibus seculis in-
audita ab Angelo ipsi factam, i patribus diu exopta-
tam, ac in plenitudine temporis tandem expressam,
qua summum redemptoris humane beneficium mor-
talibus tributum, in Maria inchoatum fuit. Venera-
munt ob VISITATIONEM, quando illa fide et cha-
ritate plena, precursoris Domini matrem sanctam
invisit et officiose salutauit, suoq; aduenientia causam
dedit ingeni miraculo. Veneramur ob P V R I F I:
C A T I O N E M, quod ipsa licet mundissima, etera-
neq; lucis genitrix, legi tamen de pueroris late-
satisfecerit, nobisq; humilitatis et obedientiae illu-
stre exemplum reliquerit. Veneramur demum ob
A S S U M P T I O N E M, quod sicut et Augusti-
nus probat, secundum corpus et animam in celos
assumpta, eximie supra Angelos honorata, coeli et
et mundi Regina tum clemens tum potens a Deo
constituta sit. Multa extant apud Patres de hac nun-
quam satis laudata et semper celebranda virginem:
multa itidem de supra dictis festis: ut mirum sit sane,
ab alijs nuc negligi, ab alijs prophana contemni tam
pium quam uetus et constans Ecclesie sancte studiu-
m in hac sacrosancta virginem predicanda colendaq;.

Die fei

DIE FESTO CONCE-
ptionis, nec non Natiuitatis, &
Præsentationis B. Marie
Virginis.

S V M M A R I V M , In laudem Dei pare Virginis facit sequens lectio, qua scipsam illa in Domino sancte gloriabunda commendat . Nam etsi primum eadem ita scribantur, ut in persona summae æternæq; sapientie dicta sint, tamen ad Mariam quoq; ipsius sapientiae maxime omni laude dignam haud incommode referuntur. Accedit Euangelium de genealogia Christi eiusq; matris, quam hic laudari apprime cernimus partim à claris natalibus, cum genus illa ducat à Patriarchis, Prophetis, Regibus & Magnatibus, partim à singulari paratu, quo maiores omnes illustrans & precellens, Missiam ipsum mundo edidit purissima.

LECTIO PROVER.
biorum. VIII

Dominus possedit me in initio via-
rum suarum, antequam quicq; fa-
ceret à principio . Ab æterno ordinata
sum, & ex antiquis anteq; terra fieret.
b Nondum

EPISTOL. ET EVANGEL.

Nondum erant abyssi , & ego iam con-
cepta eram . Nec dum fontes aquarum
eruperant . Nec dum montes graui mole
constiterant , ante omnes colles ego par-
turiebar : adhuc terram non fecerat &
flumina & cardines orbis terræ . Quan-
do præparabat cœlos , äderam : quando
certa lege & gyro uallabat abyssos : quan-
do æthera firmabat sursum , & librabat
fontes aquarum . Quando circundabat
mari terminum suum , & legem pone-
bat aquis , ne transirent fines suos : quan-
do appendebat fundamenta terræ , cum
eo eram cuncta componens : & dele-
ctabat per singulos dies , ludens coram
eo omni tempore : ludens in orbe terra-
rum : & DELICIAE MEAE esse
cum filijs hominum . Nunc ergo filij
audite me , Beati qui custodiunt uias
meas . Audite disciplinam , & estote sa-
pientes , & nolite abiçere eam . BEA-
TVS HOMO qui audit me , qui ui-
gilat ad fores meas quotidie & obseruat
adpostes ostij mei . QUI ME INVE-
NERIT ,

NERIT, inueniet uitam, & hauriet salutem à Domino.

Allia Lectio Eccle. XXIII.

EGO quasi uitis fructificavi suauitatem odoris; & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis uitæ & ueritatis, in me omnis spes uitæ & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generatiōibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edūt me, adhuc esurient; qui bibunt me, adhuc sicient. Qui audit me, non confundetur: & qui OPERANTVR IN ME, non peccabunt: qui elūcidant me uitam æternam habebunt.

Euangelium Matth. I.

LIber generatiōis IESV Christi filij David, filij Abraham. Abraham h 2 genuit

EPISTOL. ET EVANGEL.

genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob.
Jacob autem genuit Iudam & fratres eius.
Iudas autem genuit Phares & Zara
de Thamar. Phares autem genuit Esron.
Esron autem genuit Aram. Aram autem
genuit Aminadab. Aminadab autem
genuit Naasson. Naasson autem genuit
Salmon. Salmon autem genuit Booz
de Raab. Booz autem genuit Obed ex
Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse au-
tem genuit Dauid regem. Dauid autem
rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit
Vrix. Salomon autem genuit Roboam.
Roboam autem genuit Abiam. Abia
autem genuit Asa. Asa autem genuit Ios-
saphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Io-
ram autem genuit Oziam. Ozias autem
genuit Ioatham. Ioatham autem genuit
Achaz. Achaz autem genuit Ezechia.
Ezechias autem genuit Manassen. Ma-
nasses autem genuit Amon. Amon au-
tem genuit Iosiam. Iosias autem genuit
Iechoniam & fratres eius, in transmi-
gratione Babylonis. Et post transmigra-
tionem

thonē Babylonis, Iechonias genuit Sa-
lathiel. Salathiel autem genuit Zoro-
babel. Zorobabel autem genuit Abiud.
Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim
autem genuit Azor. Azor autē genuit
Sadoc. Sadoc autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud. Eliud autē
genuit Eleazar. Eleazar autem gendit
Matan. Matan autem genuit Iacob. Ia-
cob autem genuit Ioseph virum Mariæ,
de qua natus est I E S V S qui uocatur
Christus.

Oratio de B. M A R I A Conceptione.

D E V S qui per immaculatam Virginis
conceptionem, dignum filio tuo habitaculum
præparasti: præsta quæsumus, ut sicut eam ab
omni labore præseruasti, ita nos quoq; māndos,
eius intercessione ad te peruenire concedas.
Per eundem Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Canticum de eodem Feste.

h 3 Immac

EPISTOL. ET EVANGEL.

Immaculatam conceptionem Virginis Mar^{ie}
grat^{ie} celebremus, Christum eius præseruatorum
adoremus Dominum.

Oratio De B. Virginis Nativitate.

Faculsius cuius quæsumus Domine cælestia
grat^{ie} munus impertire : ut quibus beatæ vir-
ginis partus extitit salutis exordium , natiuitas
eius uotua solennitas pacis tribuat incre-
mentum. Per Dominum nostrum I E S V M
Christum filium tuum.

Canticum de eodem festo.

Natiuitas gloriæ Virginis Marie ex se-
mine Abrahæ, orta de tribu Iuda, clara ex stirpe
David: cuius uita inclita conjugata illustrat
Ecclesiæ. A L I V D. Natiuitas tua Dei
genitrix uirgo gaudium annunciauit uniuerso
mundo : ex te enim ortus est sol iustitiae Christus
Deus noster, qui soluens maledictionem,
dedit benedictionem, & confundens mortem,
donauit nobis uitam sempiternam.

Oratio De B. Mariæ Præ- sentatione.

DE VS qui sanctam tuā genitricem, tabernacolum
sancti spiritus post triennium in tem-
plo Deli præsentari voluisti; præsta quæsumus,
ut qui

ut qui eius præsentationis festa recolimus, ipsius intercessione ad templum qui Christus est, in coelesti gloria præsentari mereamur, Qui uis uis & regnas in unitate spiritus sancti Deus.

Canticum de eodem festo.

Nouæ laudis adest festiuitas grata mundo,
ac coeli ciuibus: qua' Beatæ Mariæ sanctitas
templo dara est à parentibus, ut oliuæ pinguis
suauitas uberius redundet fructibus.

Hymnus de sancta Maria Virgine.

Aue maris stella, Deimater alma, atq; sems
per virgo fœlix coeli porta. Sumens illud aue
Gabrielis ore, funda nos in pace, mutans no-
men Eue. Solue uincula reis, profer lumen cæ-
cis: mala nostræ pelle, bona cuncta posce. Mōs
stra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro
nobis natuꝝ, tulit esse tuus. Virgo singularis,
inter omnes mitis, nos culpis solutos, mites
fæc & castos. Vitam præsta puram, iter para-
tutum: ut uidentes IESVM semper collætes-
sur. Sic laus Deo patri, summo Christo decus:
spiritui sancto, trinus honor unus. Amen.

Die festo S. Andrcæ Apostoli.

S V M M A R I V M . Epistola prescribit prima
sua officia. Ex exercitu Christianismi, ut sunt, corde
b. 4. credere,

EPISTOL. ET EVANGEL.

credere, & quod credendum est, profiteri, inuocare Deum, & Dei audire & prædicare uerbum. In his si ordinem spætas, primum est à Deo uocari ac mitti ad Euangelizandum, proximum prædicare, tertium prædicato uerbo credere, quartum confiteri fidem, hinc sequitur porro inuocare & orare, B. Andreas ex ijs, qui, prout Paulus requirit, missionem ac uocationem habuerunt legitimam ad Euangelizandum. Eiusmodi uocationem uides in Euangelio, quum Christus inter primos discipulos Andream ipse uocet, & mox sequentem unam cum alijs recipiat atq; confirmet in munere Apostolatus. O sanctum & magna obedientis prompte studium in primis Apostolicis.

Epistola ad Roman. X.



RATRES, Corde creditur ad iustitiam, ore aut confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudei & Græci: Nam idem Dominus omniū, diues in omnes qui inuocat illū: Omnis enim

enim quicunque inuocauerit nōmē Do-
mīni, saluus erit. Quomodō ergo inuo-
cabunt, in quem non crediderunt? Aut
quomodō credent ei, quē non audierūt?
Quomodō aut̄ audient sine prædicāte?
Quomodō uero prædicabūt, nisi mittā-
tur? Sicut scriptum est: Quām speciosi
pedes Euangelizantī pacem, Euan-
gelizantiū bona. Sed non omnes obe-
dīunt Euāgelio. Esaias enim dicit: Do-
mīne, quis credidit auditū nostro? Ergo
fides ex auditu, auditus aut̄ per uerbum
Christi. Sed dico, nunquid non audie-
runt? Et quidē IN OMNEM TER-
RAM exiuit sonus eorum, & in fines
orbis terrae uerba eorum.

Euangelium Matth. III.

IN illo tempore, Ambulās Iesus iuxta
mare Galilææ, uidit duos fratres, Si-
monē qui vocatur Petrus, & Andream
fratrō eius, mittētes rete in mare (erāt enim
piscatores). Et ait illis: Venite post me,
& faciū uos fieri pīscatores bāminū.

b 5 IL.

EPISTOL. ET EVANGEL.

ILLI CONTINVO RELICTIS res-
tibus, securi sunt eū. Et procedens inde,
uidit alios duos fratres, Iacobum Zebe-
dæs, & Ioannem fratrem eius, in nauī cū
Zebedæo patre eorum, reficientes retia
sua & uocauit eos. Illi autem statim relis-
cis retibus & patre, securi sunt eum.

Oratio Ecclesiæ.

Malestatem tuam Domine suppliciter exos-
ramus, ut sicut Ecclesiæ tuae beatus Andreas
Apostolus extitit prædictor & rector: ita ad
pud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Pe-
sus Dominum nostrum I E S V M Christum fir-
mum tuum.

Canticum de S. Andree Apostolo.

Doctor bonus & amicus Dei Andree sedis
citur ad crucem, quam à longe aspiciens dixit,
Salve crux, suscipe discipulum eius qui pepena
die in te, magister meus Christus.

Festus die S. Nicolai Episcopi.

I. SVMM A R I VM, Laudatur meritò D. Nico-
laus a dignitate sacerdotali, qua summo cum Eccles-
iae fratre fundas est Episcopum, tam à vita sanctissima,

que

qua iam inde à pueritia insigniter excelluit, gratus ac probatus Deo & hominibus, ut ex uite illius historia fide digna constat. Concinne igitur & Euangelium legitur de seruis frugi, qui instar S. Nicolai, & casti, & compositi, & uigilantes, ad primam beri uocem & pulsam presto sunt, summumq; Dominum ex hac uita uocantem excipiunt & sequuntur expedite.

Epistolaris Lectio ex cap. Eccles.

X L I I I . & X L V .

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiae factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo surreiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis, conseruauit illi misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriae.

Statute

EPISTOL. ET EVANGEL.

Statuit illi testamentum sempiternum,
& dedit illi sacerdotium magnum, &
beatificauit illum in gloria; fungisacer-
doti, & habere laudem in nomine ip-
sius, & offerre illi incensum dignum in
odorem suavitatis.

Euangelium Lucae XII.

IN illo tempore, dixit I E S V S disci-
pulis suis: sint lumbi uestri præcincti,
& lucernæ ardentes in manibus ue-
stris. Et uos similes hominibus, expe-
ctantibus dominum suum quando re-
uertatur à nuptijs, ut cùm uenerit & pul-
sauerit, confestim aperiant ei. Beati serui
illi, quos, cùm uenerit dominus, inue-
nerit uigilantes. Amèn dico uobis, quòd
præcinget se, & faciet illos discubere:
& transiens ministrabit illis. Et si uenerit
in secunda uigilia, & si in tertia uigilia
uenerit, & ita inuenierit, beati sunt serui
illi. Hoc autem scítote, quoniam si sci-
ret paterfamilias qua hora fur ueniret:
uigilaret utique, & non sineret perfodi
domum

dōmum suam. Et V O S E S T O T E
P A R A T I , quia qua hora non putas,
eis, filius homini s ueniet.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui beatum Nicolaum pontificem tu-
um innuaueris decorasti miraculis tribue quæ-
sumus, ut eius meritis & precibus, à gehennæ
incendijs liberemur. Per Dominum nostrum
I E S V M Christum filium tuum.

*Die Festo Conceptionis B. Virginis,
Epistolam, Euangeliū & oratio-
nem uide supra folio.*

*Die Festo S. Thomæ Apo-
stoli.*

S V M M A R I V M , Quod in genere dicitur
de benedictione iusti, nos etiam ad præclarum hunc A P
postolum referemus, per quem Deus tam admiranda fæ-
licitatiq; gesit ad Indos usq; pro edificatione Ecclesiæ sue.
Idem Apostolus dubitauit aliquando de resurrectione
Christi, ut sequens Euangeliū testatur, sed ad Christū
nocēt mōx resipuit, humiliter & aperte fidem con-
fessus.

EPISTOL. ET EVANGEL.

ſeffus, ut hiuc alios in fide dubitantes omnes exeretis,
ſemperq; confirmet fideles.

Epifola ad Ephes. II.

Eratres, iam non eſtis hospites & ad-
uenæ: ſed eſtis ciues sanctorum &
domestici Dei, ſuperaedificati ſuper fun-
damentum Apoſtolorum & Prophetarum,
ipſo ſummo angulari lapide IESV
Christo: in quo omnis aedificatio con-
ſtructa, crenſit in templum sanctum in
Domino, in quo & uos coaedificamini
In habitaculum Dei in ſpiritu sancto.

Euangelium Ioan. XX.

In illo tempore, Thomas unus ex duo
decim qui dicitur Dydimus, non erat
cum eis quando uenit I E S V S. Dixe-
runt ergo ei alij discipuli, uidimus do-
minum. Ille autem dixit eis, Nisi uidero
in manibus eius fixuram clauorum, &
mittam digitum meum in locum clauo-
rum, & mittam manum meam in latus
eius: non credam. Et post dies octo, ite-
rum

rūm erant discipuli eius intus : & Thomās cum eis. Venit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax uobis. Deinde dicit Thomae, Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam , & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis . Respondit Thomas , & dixit ei, DOMINVS MEVS ET DEVS MEVS. Dicit ei IESVS, Quia uidisti me Thoma, credidisti : BEATI QUI NON VIDERVNT & crediderunt.

Oratio Ecclesiae.

Da nobis, quæsumus Domine, beati apostoli tui Thomæ solennitatibus glorificari: ut eius semper & patrocinij subleuemur, & fidem conseruam deuotione sectemur. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Die sancto conuersionis Pauli Apostoli & Doctoris Gentium.

S V M M A R I V M . Exponit Lucas magnum miraculum, quod in conuersione Pauli de celo Christus ostendit.

EPISTOL. ET EVANGEL.

ostendit, & Ecclesia meritò celebrat, utpote fructum ex illius conuersione incredibilem consequitur. Conuer-
sus enim Paulus (ut Bernardi uerbis utamur) conuera-
sionis minister factus est uniuerso mundo. Et multos
quidem olim in carne adhuc, sed non iam secundum
carnem ambulans, predicationis officio conuertit ad
Deum: nunc quoq; in ipso fœlicius uiuens, & apud
épsum ne adhuc quidem cessat ab hominum conuersio-
ne: dico autem, exemplo, oratione, doctrina. Sic ille
Chrysostomus de laudibus Pauli fusissime scripsit.
Laudatur & à paupertate, quod omnia tanquam sters
corus sit arbitratus, ut Christum lucrifaceret, & cum
posset Euangelium annuncians, de Euangeliō uiuere,
non tamen uetus sit hac potestate. Hinc Euangelium se-
quitur, quo paupertatis Euangelicæ tum meritum, tum
premium nobis commendatur.

Ex Actis Apostolorum IX.

IN diebus illis, Saulus adhuc spirans
Iminarum & cædis in discipulos domi-
ni, accessit ad principem sacerdotum, &
petiit ab eo Epistolas in Damascum ad
synagogas: ut si quos inuenisset huius
uiae uiros ac mulieres, uinctos perduceret
in Ierusalem. Et cum iter faceret, conti-
git ut

git ut appropinquaret Damasco : & su-
bito circumfulsit eū lux de cœlo. Et ca-
dens in terram , audiuīt uocem dicen-
tem sibi , SA VLE S A V L E quid
me persequeris? Qui dixit, Quis es Do-
mine? Et ille, Ego sum IES V S, quem
tu persequeris , durum est tibi contra sti-
mulum calcitrare. Et tremens ac stupens
dixit , DOMINE QVID ME
VIS FACERE? Et Dominus ad
eum, Surge , & ingredere ciuitatē, &
dicitur tibi quid te oporteat facere . Viri
autē illi qui comitabantur cum illo , sta-
bant stupefacti , audientes quidem uo-
cem, neminem autem uidentes. Surrexit
autē Saulus de terra apertisq; oculis nī
hil uidebat. Ad manus autem illum tra-
hentes, introduxerunt Damascū. Et erat
ibi tribus diebus nō uidens, & nō mans-
ducauit neq; bībit. Erat autē quidam di-
scipulus Damasci, nomine Ananias : &
dixit ad illū in uisu Dominus , Ananias.
At ille ait, Ecce ego Domine. At Do-
minus ad eum, Surge , & uade in uicum
i qui

EPISTOL. ET EVANGELI.

qui vocatur Rectus : & quare in domo
Iudei Saulum nomine Tharsensem, ecce
enim orat. Et uidit virum Ananiam no-
mine, introeuntem & imponentem sibi
manus ut uisum recipiat. Respondit au-
tem Ananias, Domine, audiui a multis
de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis
tuis in Hierusalem, & hic habet potesta-
tem a principibus sacerdotum alligandi
omnes qui inuocat nomen tuum. Dixit
autem ad eum Dominus, uade, quo-
niam VAS ELECTIONIS est
mihi iste, ut portet nomen meum co-
ram gentibus & regibus & filiis Israel;
ego enim ostendam illi quanta opor-
teat eum pro nomine meo pati. Et abiit
Ananias, & introiuit in domum : & im-
ponens ei manus, dixit, Saule frater,
Dominus misit me IESVS, qui appas-
ruit tibi in via qua ueniebas : ut uideas,
& implearis spiritu sancto. Et confessum
ceciderunt ab oculis eius tanquam squa-
me, & uisum recepit, & surgens baptiza-
tus est. Et cum accepisset cibum, confos-
tatus

tatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, prædicabat I E S V M quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nonnè hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui invocabant nomen istud : & huc ad hoc uenit ut uincet illos duceret ad principes sacerdotum : Saulus autem multo magis conualesceret, & confundebat Iudeos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est CHRISTVS.

Euangelium Math. XIX.

IN illo tempore, Respondens Petrus, dixit ad I E S V M, Eccè, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? I E S V S autem dixit illis, Amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum sedebitis filii hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim,

i 2 Iudican,

EPISTOL. ET EVANGEL.

iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & uitam eternam possidebit. Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui uniuersum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, ut qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum de A postolo Paulo.

Vade Anania, & quare Saulum, ecce enim orat: quia uas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Aliud. Mihi uiuere Christus est, & mori luçrum: gloriari me oportet in cruce Domini nostri I E S V Christi.

Die Festa

*Die Festo Purificationis B.
Mariae Virginis.*

S V M M A R I V M. Per Malachiam consolare
tur Deus Synagogam, promittens aduentum non
tantum Heliae seu Ioannis Baptiste, sed etiam tam-
diu exoptati Messie, qui suum ipse templum inuisu-
rus, & admirabilia operaturus esset. Hunc Messie
in templum aduentum exhibet Euangelium, ostendit
Maria pauper & humilis, quo die lustrari seu puri-
ficari puerpera uoluit, licet immunis a lege: con-
firmat et iustus senex Symeon, qui diuturni uoti
factus compos, in Christo totus exultat. Haec sum Leta
Christi puerperalia, consolationis & doctrinæ spi-
ritualis plena, quæ proinde quotannis Ecclesia ruti-
bus decentibus represeuat.

Lectio Malach. III.

ECCE ego mitto Angelum meum, &
præparabit uiam ante faciem me-
am: & statim ueniet ad templum suum
dominator quem uos quæreritis, & An-
ges testamenti quem uos uultis. Ecce uen-
it, dicit Dominus exercituum. Et quis
i 3 poterit

EPISTOLAE ET EVANGEL.

poterit cogitare diem Aduentus eius?
Et quis stabit ad uidendum eum ? Ipse
enim quasi ignis conflans, & quasi her-
ba fullonum : & sedebit conflans, & e-
mundans argentum , & purgabit filios
Leui, & colabit eos quasi aurum & qua-
si argentum . ET ERVNT OF-
FERENTES Domino sacrificia in
iustitia. Et placebit Domino sacrificium
Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi , & si-
cut anni antiqui, dicit Dominus omni-
potens.

Euangelium Lucæ II.

POstquam impleti sunt dies purga-
tionis eius, secundum legem Moy-
si, tulerunt illum in Hierusalem , ut si-
sterent eum Domino, sicut scriptum est
in lege Domini : Quia omne masculi-
num adaperiens uuluam, sanctum Do-
mino vocabitur : & ut darent hostiam,
secundum quod dictum est in lege Do-
mini, parteturum, aut duos pullos co-
lumbas,

lumborum. Et ecce: homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, ET HOMO ISTE JUSTVS ET TIS, MORATUS, expectans consolacionem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat Simeon a spiritu sancto, non usurpum se mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Et VENIT IN SPIRITU IN teplum. Et cum inducerent puerum IESUSVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ultas suas, & benedixit Deum, & dixit: NUNC DIMITIS seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus; ursicut unigenitus tuus

EPISTOL. ET EVANGEL.

tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum de eodem festo.

Hodie beata uirgo Maria puerum IESVM præsentauit in templo: & Simeon repletus spiritu sancto, accepit eum in ulnas suas, & benos dixit eum in aeternum.

A liud.

Senex puerum portabat: puer autem senem regebat: quem uirgo peperit, & post partum uirgo permanuit, ipsum quem genuit adorauit.

Dic Festo Cathedræ S. Petri Apostoli.

S V M M A R I V M. En Epistole sequentis auctor Apostolus Petrus, cuius in Euangelio prædicando studium tot ab eo pergratæ prouintie, quæ bic memorat, satis attestantur. Reuersus porro Amiobiam, fixit ibi Cathedram, id est, summi sacerdotij sedem & Ecclesiæ caput, tenuitq; septem annos, donec ut

- nec ut Marcellus est author, iussu Dei eandem Cathedram transstulit Romam, immobilemque locauit. Veneramur autem in hac plusquam Moyse Cathedra diuinam uirtutem: agnoscimus illic Christi promissionem Petro factam, de qua Matheus in Euangeliō: confitemur illic potestatem summam pastori Petra diuinitus traditam, de qua Ioannes: amplectimur fidem non deficientem, a Christo exoratam Petrum concessam, de qua Lucas: cum tota demum Synodo Alexandrina testamur, Petri hanc Cathedram sedem sanctam Romanam esse, cui a Christo potestas ligandi et soluendi singulari priuilegio super alios concessa sit, et que firmamentum a Deo fixum et immobile perceperit. Iuste profecto cause talem tamque Cathedram celebrandi. Si quis Petri Cathedre iungitur, meus est inquit Hieronymus.

Epistola I. Petri. I.

PETRVS Apostolus IESV CHRISTI, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei, patris, in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis IESV Christi gratia uobis & pax multipli-
ca-
tur.

EPISTOL. ET EVANGEL.

cetur. Benedictus Deus & pater Domini nostri IESV Christi, qui secundum misericordiam suam magnā regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionē IE SV Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatā, & immarcessibilē, conseruatā in coelis in uobis, qui in uirtute Dei custodimini per fidem, in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exaltatis, modicū nunc si oportet contristari in varijs temptationibus: ut probatio uestræ fidei multo præciosior sit auro (quod per ignē probatur) inueniatur in laudē & gloriā & honorem in reuelatione IESV Christi.

Euangelium Math. XVI. I.

IN illo tempore, Venit IESVS in partes Cæsarææ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem me dicunt homines esse, filium hominis? At illi dixerunt, Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij uero Ieremiam

miam, aut unum ex Prophetis. Dicit ille IESVS, uos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, TU ES CHRISTVS FILIUS DEI VIVI. Respondens autem IESVS dixit ei, Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia TU ES PERTINENS, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et TIBI DABO CLAVES regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

Oratio Ecclesiæ.

Deus qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavis regni coelestis, animas ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur: Qui uiuis & regnas Deus;

Canticum

EPISTOL. ET. EVANGEL.

Canticum de B. Petro.

Tu es pastor ouium , princeps Apostoloros
rum : tibi tradidit Deus claves regni cœlorum.

Reliqua uide in S. Petri & pauli Apostolorum
celebritate.

Festo dic S. Mathiae Apostoli.

S V M M A R I V M . Ut numerus Apostolorum
duodecimerius instauraretur, ad Petri uocem sufficitur
Mathias in locum iude proditoris. Monet historia,
in electionibus, præseruit ubi de ministris uel presta-
dibus Ecclesie agitur, humanis affectibus minimum
esse tribuendum. Euangelium commendat charita-
tem, que uirtus est uerè Apostolica , et que factis fa-
disq; erga Deum & homines officijs uult declarari.
Charitate flagrans Mathias, sicut & Apostoli reli-
qui , tam longè peregrinus , tam præclara exe-
quutus, uberes & durabiles in Ecclesia fructus, quos
Euangelium promittit, consequutus est.

Epistolaris Lectio Apostolorum I.

I N diebus illis , Exurgens Petrus in
medio fratrum, dixit: (Erat autem tur-
ba hominum simul ferè centum uigin-
ti) Vi.

ti) Viri fratres, oportet impleri scriptura
quā prædixit spiritus sanctus per os Da-
uid de Iuda, qui fuit dux eorum qui cō-
præhenderunt I E S V M: qui connu-
meratus erat in nobis , & sortitus erat
sortem ministerij huius : & hic quidem
possedit agrum de mercede iniquitatis,
& suspensus crepuit medius. Et diffusa
sunt omnia viscera eius. Et notum fa-
ctum est omnibus habitantibus Hieru-
salem, ita ut appellaretur ager ille lingua
eorum Aceldemach : hoc est, ager sang-
uinis. Scriptum est enim in libro Psal-
morum : Fiat commoratio eorum de-
serta , & non sit qui inhabitet in ea : &
Episcopatum eius accipiat alter. Opor-
tet ergo ex his viris qui nobiscum sunt
congregati in omni tempore, quo in-
travit & exiuit inter nos Dominus I E-
S V S , incipiens a baptismate Ioannis
usque in diem qua assumptus est a no-
bis, testem resurrectionis eius nobiscum
fieri unum ex istis. Et statuerunt duos:
Ioseph , qui vocabatur Barsabas , qui
cognominab-

EPISTOL. ET EVANGEL.

cognominatus est Iustus : & Mathiam:
& orantes, dixerunt : TV DOMINE
qui corda nosti omnium, ostende quem
elegeris ex his duobus unum , accipere
locum ministerij huius & Apostolatus,
de quo prævaricatus est Iudas , ut abiret
in locum suum, & dederunt sortes eis. Et
cecidit fors super Mathiam : & annume-
ratus est cum undecim Apostolis.

Evangclium Ioan. XV.

IN illo tempore, Dixit IESVS Disci-
pulis suis. Hoc est præceptum meum
ut diligatis inuicem , sicut dilexi uos.
Maiores hac dilectionem, nemo haberet,
quam ut animam suam ponat quis pro
amicis suis. Vos amici mei estis, si fece-
ritis, quæ ego præcipio uobis . Iam non
dicā uos seruos : quia seruus nescit quid
faciat Dominus eius. Vos autem dixi
amicos : quia omnia quæcunq; audiui à
patre meo, nota feci uobis. Non uos me
elegistis, sed ego elegi uos : & posui uos
utearia

S SANCTORVM FESTIS DIEBUS. 256
ut eatis & fructum afferatis , & fructus
uester maneat , ut quodcunq; petieritis
patrem in nomine meo,det uobis.

Oratio Ecclesie.

DEVS, qui beatum Mathiam Apostoloros
rum tuorum collegio sociasti,tribue quæsumus
ut eius interuentione, tuæ circa nos pietatis
semper uiscera sentiamus. Per Dominum no-
strum IESVM Chistum filium tuum.

Hymnum & Canticum de Apo-
stolis, habes infra, ut ferijs S.
Simonis & Iudæ.

Sancto die Annunciationis B.
Marie Virginis.

S V M M A R I V M . Verbi incarnationem hic sa-
cro sanctus dies nunciat : futuram illam promittit
Prophetica Lectio sequens : quomodo autem , ubi &
quam admirabiliter in Virgine matre facta sit , ex
Evan gelio , quod uelut Dialogus est inter paranijs
phus

phum & Deiparam, haud obscurè constat. Nostrum est sumum hoc Dei munus & humanae salutis exordium in Maria perpetuò celebrare, & celebrando ut illa fecit, ornare fide, humilitate, obedientia, sanctisq; desiderijs.

Epistolaris Lectio Isaiae VII.

Loquutus est Dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominū. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunquid parùm uobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse uobis signum: ECCE VIRGO CONCIPIET & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Epistolaris Lectio alia Isaiae XI.

Egredietur

Ereditur uirga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendet, & requiesceret super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spiritus timoris Domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram uirgam oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius.

Euangelium Lucae I.

IN illo tempore, Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem sponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen uirginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: AVE GRATIA PLENA.
k DO

EPISTOL. ET EVANGEL.

DOMINVS TECVM, BENEDI-
CTA TV IN MVLIERIBVS. Quæ
cū audisset, turbata est in sermone eius,
& cogitabat qualis esset ista salutatio. Et
ait Angelus ei: Ne timeas Maria: inue-
nisti enim gratiam apud Deum ECCE
CONCIPIES in utero & paries filium,
& uocabis nomē eius IESVM. Hic erit
magnus, & filius altissimi uocabitur, &
dabit illi Dominus Deus sedem Dauid
patris eius, & REGNABIT IN DO-
MO IACOB in æternum, & regni
eius non erit finis. Dixit autem Maria
ad Angelum: Quomodò fiet istud, quo-
niam uirum non cognosco? Et respon-
dens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus
superueniet in te, & uirtus altissimi ob-
umbrabit tibi. Ideoque & quod naſce-
tur ex te sanctum, uocabitur filius Dei.
Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa
concepit filium in senectute sua. Et hic
mensis est sextus illi, quæ uocatur ste-
tilis: quia NON ERIT IMPOS-
SIBILE APVD DEVVM omne
verbum.

Uerbum. Dixit autem Maria: ECCE
ANCILLA DOMINI, fiat mihi
 secundum uerbum tuum. Et discessit ab
 illa Angelus.

Oratio Ecclesie.

DEVS qui de Beatæ Mariæ uirginis ute-
 so, uerbum tuum Angelo nunciante carnem
 suscipere uoluisti, præsta supplicibus tuis, ut qui
 uerè eam genitricem Dei credimus, eius apud te
 intercessionibus adiuuemur. Per eundem Do-
 minum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Canticum.

Gaude MARIA uirgo, cunctas hæreses
 sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dis-
 censu credidisti, dum uirgo DEM & homi-
 nem genuisti, & post partum uirgo inuiolata
 permanesti. Dei genitrix intercede pro nobis.

*Hymnum de B. Virgine iam antè po-
 suimus, sed & infra in Assum-
 ptionis eiusdem solennitate reperies.*

*Die festo S. Philippi & Iaco-
 bi Apostolorum.*

k a SVM.

EPISTOL. ET EVANGEL.

S V M M A R I V M. Magna temporū & renas
incipitudo, si quis buius & future uite, humani & di-
uinī iudicij rationes componat. Nam ut Epistola de-
monstrat, qui nunc ob iusticiam adfliguntur, ueluti Mar-
tyres & Apostoli Christi, olim contra aduersarios egre-
gie triumphabant: qui uero hic maximè florent, iustosq;
contemnunt, se ipsi apud inferos perpetuò infelices
deplorabunt. Euangelium de B. Philippo meminit, &
basim Apostolice predicationis confirmat, ut in Chris-
tum perinde ac in D E V M ipsum & eternae felici-
tatis anborem credamus. Inferuntur egregie promis-
siones de uarijs beatorum sedibus, de consolatione in
Christo parata fidelibus, de dono miraculorum & ora-
tionis virtute.

Lectione Sapientiae V.

STABUNT iusti in magna cōstantia ad-
uersus eos qui se angustiauerunt, &
qui abstulerunt labores eorum: uiden-
tes turbabuntur timore horribili, & mi-
rabuntur in subitatione insperatae salu-
tis, gementes præ angustia spiritus: di-
centes intra se, p̄cenisentiam agentes, &
præ angustia spiritus gementes: Hi sunt
quos habuimus aliquando in derisum et
in simi-

In similitudinem improperij. NOS IN SENSATI, uitam illorū æstimabamus insaniā, & finē illorū sine honore. Eccè quomodò cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorū est? Ergo erramus à via ueritatis, & iustitiae lumē nō luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditiōis, & ambulauim⁹ uias difficiles: uiam aut̄ Domini ignorauimus.

Q V I D N O B I S P R O F V I T S V P E R B I A : aut diuītiarūm iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquām umbra, & tanquām nuncius præcurrens, & tanquām nauis quæ per transit fluctuantē aquā, cuius, cum præterierit, nō est uestigiū inuenire, neq; semītā carinæ illius in fluctibus: Aut tanq; auis quæ transuolat in aere, cuius nullū inuenitur argumentum itineris illius.

Evangeliū Ioannis X I I I.

IN illo tempore, Dixit I E S U S discipulis suis: Non turbetur cor uestrum,

k 3 Credi,

EPISTOL. ET EVANGEL.

Creditis in DEVM, et in me credite. IN
DOMO PATRIS MEI mansiones
multæ sunt, si quo minus: dixisse uo-
bis. Quia uado parare uobis locum. Et
si abiero & præparauero uobis locum;
iterum uehiam & accipiam uos ad me-
ipsum, ut ubi sum ego, et uos sitis. Et quod
ego uado scitis, et viā scitis. Dicit ei Tho-
mas, Domine, nescimus quō uadis: &
quomodo possumus uiām scire: Dicit ei
IESVS, EGO SVM VIA, VE-
RITAS, ET VITA. Nemo ue-
nit ad patrem nisi per me. Si cognouis-
setis me, & patrem meum utiq; cogno-
uissetis: & à modo cognoscitis eum, &
uidistis eum. Dicit ei Philippus, Domi-
ne, ostende nobis patrem, & sufficit no-
bis. Dicit ei IESVS. Tanto tempore
uobiscum sum, & non cognouistis me:
Philippe: qui uidet me, uidet & patrem.
Quomodo tu dicas, Ostende nobis patrem?
Non credis quia ego in patre & pater in
me est: Verba quæ ego loquor uobis, à
me ipso nō loquer, pater autē in me ma-
nus,

hens, ipse facit opera. Non creditis quia
EGO IN PATER, ET PATER IN ME EST: Alioquin propter opera ipsa
 credite. Amen, amen dico uobis, qui cre-
 dit in me, opera quæ ego facio, & ipse fa-
 ciet, & maiora horum faciet, quia ego ad
 patrem uado. Et QVODCVNQVE
 petieritis patrem in nomine meo, hoc fa-
 ciam, u glorficetur pater in filio.

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui nos annua Apostolorum tuorum
 Philippi & Iacobi solennitate laetificas: præsta
 quæsumus, ut quorum gaudemus meritis, ins-
 struamur exemplis. Per Dominum nostrum
IESVM Christum filium tuum.

Canticum.

Tanto tempore uobis&cum sum: & non cos-
 gnouisti me: Philippe, qui uidet me, uidet &
 patrem meum, Halleluja.

Die festo inuentionis sanctæ Crucis.

SUMMARYM. Semel ac iterū de sancta Cruce,
 primū ob inuentionem, deinde ob exaltationem eius ce-

lebris

EPISTOL. ET EVANGEL.

Ibris agitur memoria. Nam cum ab impijs defossus
glectus iaceret, pio studio S. Helene Imperatricis quo-
site, nec sine presenti miraculo inuenta fuit. Hinc ex
potestate Barbarorum eandem Heraclius Imp. recipie-
suisq; ipse bumeris deportans & honorans, toti Ecclesie
bonorandam & colendam reliquit. Per crucem
enim Christus ad se traxit omnia, ut in ea merito glo-
riemur cum Paulo, & gratias agamus cum Ecclesie
sia pro salute & gloria nobis in cruce restituta. Epis-
tola que huic festo seruit, Christi crucifixi humilitatem et
obedientiam, tum eiusdem ex cruce reportatae glo-
riam proponit. Euangelium predicit nobis Christum
velut serpentem salutiferam, qui exaltatus in cruce sa-
nat & saluat egros miserosq; mortales uera & perfe-
cta fide preditos. Plura de hoc Euanglio diximus in
Dominica S. Trinitatis.

Epistola. Philippen. II.

Fratres, Hoc sentite in uobis &c.
Vide reliqua ut babes in Dominica Palmarum.

Euangelium Ioannis III.

IN illo tempore, Erat homo ex Phari-
saeis &c. Quidammodum legitur Dominica
sancte Trinitatis,

Oratio

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui in præclara salutiferæ crucis inuentione passionis tuæ miracula suscitaſti: concedē, ut uitalis ligni prelio, æternæ uitæ ſuffragia conſequamur. Qui uiuis & regnas Deus.

Cantica Ecclesiæ.

Hæc est arbor dignissima, in qua ſalutis auctor propria morte mortem omnium ſuperauit. Halleluia. ALIVD. O Crux splendidior cunctis astris, quæ ſola fuisti digna portare talentum mundi: Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, ſalua præſentem cateruam, in cuius hodie laudibus congregaram. Halleluia.

Hymnum adde, Crux fidelis, ut uidere licet die sancto Parafſceues.

Dic festo Natiuitatis S. Ioannis Baptiste.

S V M M A R I V M . Vaticinium eſt quod ſed quitur, & Meſiam nobis eximiè commendat ac ordat patris teſtimonio. Nec male quadrat Meſia
k. 5 prieſtre

EPISTOL. ET EVANGEL.

precursoř S. Ioanni, ut qui pre ceteris à D E O ele-
gias, vocatus, & missus est ad preparandam viam Dos-
mini, & conuertendos peccatores. Erat enim ille, ut
Christus inquit, lucerna ardens & lucens. Euangelium
rationem ostendit hodierni festi, meritò scilicet eius pue-
ri natalem celebrari, qui tam admirabiliter conceptus
Angelo prædicente, parentibus senibus & infanci-
bus, patre uero etiam obmutescente: quiq; sanctificat-
tus priusquam natus, se Prophetam in utero materno
prodidit, natus uero communem omnibus sui admirab-
lionem letitiamq; parem attulit. Parit sterilis mater,
pater mutui naticinatur, nomen Ioannis auget miracu-
lum, vicini gratulantur, omnes demirantur. Hie erit
magnus coram Domino, immo nullus eo unquam fave-
bit inter natos mulierum, & multi in nativitate eius
gandebunt Angelo teste.

LECTIO ISAIÆ XXXIX.

HAEC dicit Dominus D E V S:
Audite Insulæ, & attendite populi
de longè: Dominus ab utero uocauit
me, de uentre matris meæ recordatus est
dominis mei. Et posuit os meum quasi
gladium

gladium acutum: in umbra manus suæ
protexit me, & posuit me sicut sagittam
electam, in pharetra sua abscondit me, &
dixit mihi: SERVVS MEVS es
tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego
dixi: In uacuum laboraui, sine causa &
uanè fortitudinem meam consumpsi.
Ergo iudicium meum cum Domino, &
opus meum cū Dco meo. Et nunc hæc
dicit Dominus formans me ex utero
seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum:
& Israel non congregabitur, & glorifi-
catus sum in oculis Domini, & Deus
meus factus est fortitudo mea. Et dixit:
Parum est ut sis mihi seruus ad suscitân-
das tribus Iacob, & fæces Israel conuer-
tendas. DEDI TE IN LVCEM
GENTIVM, ut sis salus mea usq; ad
extremum terræ. Hęc dicit Dominus re-
demptor Israel, sanctus eius ad contem-
pibilem animam, ad abominatam gen-
tem, ad seruum Dominorum: Reges ui-
debunt, & consurgent principes, & ador-
abunt.

EPISTOL: ET EVANGEL.

tabunt propter Dominum, quia fidelis
est, & sanctum Israel qui elegit te.

Evangeliū Lucæ I.

Flisabeth impletum est tempus pa-
riendi, & peperit filium. Et audiē-
runt uicini & cognati eius, quia magni-
ficauit Dominus misericordiam suam
cum illa, & congratulabantur ei. Et fa-
ctum est, in die octauo uenerunt circuns-
cidere puerum, & uocabant eum nomi-
ne patris sui Zachariām. Et respondens
mater eius, dixit: Nequaquam, sed uo-
cabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam:
Quia nemo est in cognatiōe tua qui uo-
cetur hoc nomine. Innuebant autem pa-
tri eius, quem uellet uocari eum. Et po-
stulans pugillarem, scripsit, dicens: Io-
annes est nomen eius. Et mirati sunt u-
niuersi. Apertum est autem illicō os eius
& lingua eius, & loquebatur, benedi-
cens Deum. Et factus est timor super om-
nes uicinos eorum, & super omnia mon-
tana Iudææ diuulgabantur omnia uer-
ba hæc

ba hæc. Et posuerunt omnes qui audie-
rant, in corde suo, dicentes: Quis putas
puer iste erit? Etenim manus Domini
erat cum illo. Et Zacharias pater eius,
repletus est spiritu sancto, & Propheta-
uit, dicens: BENEDICTVS DO-
MINVS DEVS Israel, quia uisita-
uit & fecit redemptionem plebis suæ. Et
erexit cornu salutis nobis in domo Da-
uid pueri sui; Sicut locutus est per os
sanctorum, qui à seculo sunt, Propheta-
rum eius. Salutem ex inimicis nostris, &
de manu omnium qui oderunt nos. Ad
faciendam misericordiam cum patribus
nostris, & memorati testamenti sui san-
cti. Iusurandum quod iurauit ad Abra-
ham patrem nostrum, daturum se nobis,
Ut sine timore de manu inimicorum no-
strorum liberati seruiamus illi. In sancti-
tate & iustitia coram ipso omnibus die-
bus nostris. ET TV PVER, PRO-
PHETA altissimi uocaberis: præibis
enim ante faciem Domini parare vias
eius. Ad dandam scientiam salutis ple-
bi eius,

EPISTOL. ET EVANGELI

bi eius, in remissionem peccatorum eorum . Per uiscera misericordiae Dei nostri, in quibus uisitauit nos Oriens exaltus : Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos perdes nostros in viam pacis..

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis nativitate fecisti : da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum.

Canticum.

Puer qui natus est nobis, plusquam Propheta est : hic est enim de quo Saluator ait, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioannes Baptista.

Hymnus de S. Ioanne Baptista.

Vt queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum, solue polluti labij reatum sancte Ioannes. Nuncius celso ueniens Olympo, te patri magnum fore nasciturum, nomen & ultæ seriem gerendæ ordine promic, ille pro missi

missi dubius superni perdidit promptæ modus
loqæ loquæ. Sed reformasti genitus peremptæ
organæ uocis. Ventræ abstruso recubans cubi-
li senseras regem thalamo manentem : hinc pa-
rens nati meritis uterquè abdita pandit. Antra
deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens
petisti : ne leui saltrem macularæ uitam famine
posses. Præbuit hirtum tegimén camelus, artus
bus sacris strophium bidentes : cui latex haus-
stum, sociata pastum mella locustis. Cæteri
tantum cecinere uatum, corde præsago iubar
affuturum: tu quidem mundi scelus auferentem
indice prodis. Non fuit uasti spatiū per or-
bis sanctior quisquam genitus Ioanne, qui ne-
fas seclii meruit lauantem tingere lymphis. Glo-
ria patri, genitæcꝝ proli : & tibi compar utris
uicꝝ semper Spiritus alme D E V S unus, omo-
ni tempore seclii, Amen.

*Sancto die Petri & Pauli
Apostolorum.*

S V M M A R I V M . Vno communiq; festo eeo
lebrantur precipui Apostoli, quos unus idemq; dies tum
in sancte mortis agone, tum in cœlestis uite felicitate
coniunxit. Iſti sunt uiri (inquit Leo magnus) per quos
tibi Euangeliū Christi, Roma respanduit : & que
erae magistra erroris : discipula facta es heritatis, iſti
sunt

EPISTOL. ET EVANGEL.

sunt sancti patres tui, ueriq; pastores : qui te regniscos
testibus inferendam, multo melius, multoq; felicius
considerunt, quam illi, quorum studio, prima menium
euorum fundamenta locata sunt : è quibus is qui tibi nos
men dedit : fraterna te coede sedauit. Isti sunt enim qui
te in hanc gloriam prouexerunt : ut sis gens sancta, po-
pulus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram
beati Petri sedem caput totius orbis effecta, latius pre-
sideus religione diuina, quam dominatione terrena. Hec
ille. In sequenti lectione partem habemus historie ad
B. Petrum propriè pertinentis : ea ipsa nomen alteri
quoq; festo tribuit, quod propter Petri uincula Kal.
Augusti celebratur. Quæ quidem historia nos pulchre
commonescit, Ecclesie iam inde ab initio persecutori-
nes græves non deesse : contra has uero Ecclesie arma
suspectere fidem, patientiam, orationem sine intermissione,
sic demum in Christo frangi uires omnes aduersari-
rias. Euangelium habet questionem de filio hominis, &
super ea confessionem Petri à Christo eximiae lauda-
tam honoratamq;. Dignum plane confessio Petri præ-
mium consequuta est, inquit Hilarius. Et rursus : O in-
nuncupatione noui numinis fœlix Ecclesie fundamen-
tum, digna ædificatione illius petra, que infernas leges
& tartari portas, & omnia mortis claustra dissolu-
ret. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claves regni
eterni aditus clauduntur, cuius terrestre iudicium pre-
indicata autoritas fit in cœlo : ut quæ in terris ligata
sint aut

fine aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant
et in celo. Sic Hilarius ille tam uetus qui im proba-
tus author. Et Basilius uerbum est, Petrus quoni am fis
de prestabat, Ecclesiae in se edificationem suscepit.

Epistolaris Lectio Acto. XII.

Misit Herodes rex manus, ut affli-
geret quosdam de Ecclesia. Oc-
cidit autem Iacobum fratrem Ioannis,
gladio. Videns autem quia placeret Ius-
dæis, apposuit appræhendere & Petrum.
Erant autem dies azymorum. Quem
cum appræhendisset, misit in carcerem:
tradensque quatuor quaternionibus mili-
tum ad custodiendum, uolens post Pa-
scha producere eum populo. Et Petrus
quidem seruabatur in carcere. ORA-
TIO autem FIEBAT SINE IN-
TERMISSIONE ab Ecclesia ad
DEVUM pro eo. Cum autem produ-
cturus eum esset Herodes, in ipsa nocte
erat, Petrus dormiens inter duos mili-
tes, vincitus catenis duabus: & custodes
ante ostium custodiebant carcerem. Et

¶ ecce

EPISTOL. ET EVANGEL.

ecce Angelus Domini adst̄tit, & lumen
refulsi in habitaculo : percussoq; latere
Petri, excitauit eum, diceñs : Surge uer-
lociter. Et ceciderunt catenæ de mani-
bus eius. Dixit autem Angelus ad eum :
Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et
fecit sic. Et dixit illi : Circunda tibi ue-
stimentum tuum, & sequere me. Et exi-
ens, sequebatur eum, & nesciebat quia
uerum est quod fiebat per Angelum.
Existimabat aut se uisum uidere. Trans-
unes autem primam & secundam cu-
stodiām, uenerunt ad portam ferream,
quæ ducit ad ciuitatem, quæ ultrò aperta
est eis : & exeuntes processerunt uicum
unum : & continuo discessit Angelus
ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit :
N V N C S C I O V E R E, quia mi-
sit Dominus Angelum suum, & eripuit
me de manu Herodis, & de omni expes-
tatione plebis Iudeorum.

Evangeliū Mat̄h. XVII.

In illo

IN illo tempore, Venit IESVS in
partes Cæsareæ Philippi : &c.

Require festum de Cathedra S. Petri. fol. 253.

Oratio Ecclesiæ.

DEVS qui hodiernam diem Apostolorum
euorum Petri & Pauli martyrio consecrasti, da
Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus lsequi præcep-
tum, per quos religionis sumplie exordium.
Per Dominum nostrum IESVM Christum
filium tuum.

Alia Oratio.

DEVS, cuius dextera beatum Petrum A-
postolum ambulantem in fluctibus, ne merges
recur erexit: & coapostolum eius Paulum tertio
naufragantem de profundo pelagi liberauit:
exaudi nos propitius, & concede, ut amborum
meritis æternitatis gloriam consequamur Qui
uiuis & regnas Deus.

Canticum de eodem festo.

Hodie Simon Petrus ascendit crucis patibus
lum, Halleluia: todie clauicularius regni gau-
dens migrauit ad Christum: todie Paulus A-
postolus lumen orbis terræ, inclinato capite
pro Christi nomine martyrio coronatus est.

1 2 Hymnus

EPISTOL. ET EVANGEL.

Hymnus de *Apostolis* Petro
& Paulo.

Aurea luce & decore roseo , lux lucis omne
perfudisti seculū, decorans cœlos inclyto mars
tyrio, hac sacra die quæ dat reis uen. am. la
cœli, Doctor orbis pariter, iudices seclī , uera
mundi lumina : per crucem alter , alter ente tris
umphans, uitæ senatum laureati possident. Iam
bone pastor Petre clemens accipe uota precans
cum , & peccati vincula resolute : tibi potestate
tradita, qua cunctis cœlum uerbo claudis , apes
ris. Doctor egregie Paule mores instrue , & mē
te polum nos transferre satage : donec perfos
etum largiatur plenius , euacuato quod expare
ce gerimus. Oliuæ binæ pietatis unicæ, fide des
uoros , spe robustos , maxime fonte repletos
charitatis germine : post mortem carnis impes
trare uiuere. Sic trinitati sempiterna gloria, hos
nor, potestas arç⁹ iubilatio , in unitate cui manet
imperium, ex tunc & modò per æterna secula,
Amen.

Festo die uisitationis B. M. A.
RIASE Virginis.

S V M M A R I V M. Quæ primum ad Ecclesias
fiam adamatam Christi sponsam flectam, baud per
peram

perā uirgini Deiparæ adaptantur : ut dicatur eadē
 & sit quoq; DEI amica, columba, formosa, & si quid
 aut fingi, aut efferti amabilibus potest inter amicissi-
 mos. Habet Euangeliū & suū Dialogū casti sancti q;
 amoris plenum , si personam spectes siue uisitantis
 Mariæ, siue eius quæ inuisitur Elizabethæ. Hec docet
 Marie dignitatem agnoscere & prædicare . Nam
 ad eius ueluti præsentis numinis fœlicem occursum
 exclamat admirabunda , & spiritu repletur Pro-
 pheticō, & infantem in utero suo sentit subfiliēm.
 Maria uero nos docet humilitatem, charitatem, di-
 ligētiām. Nam ipsa θεότοκος non dēdignatur ad
 cognatam salutandam & adiuuandam ultrò , pro-
 perante, longo & diffīcili itinere proficisci.

Epistolaris Lectio Canti. II.

Ecce iste uenit saliens in montibus,
 transiliens colles. Similis est dile-
 ctius meus capreæ , hinnuloquè ceruorū.
 En ipse stat post parietem nostrum re-
 spiciens per fenestras , prospiciens per
 cancellos . En dilectus meus loquitur
 mihi, Surge, propera amica mea, colum-
 ba mea, formosa mea, & ueni. Iam enim
 byems transiit, imber abiit & recessit, flo-

I 3 . res ap.

EPISTOL. ET EVANGEL.

res apparuerunt in terra nostra : tempus
putationis aduenit : uox turturis audita
est in terra nostra : ficus protulit grossos
suos, uineæ florentes dederunt odorem
suum. Surge , propera amica mea , spe-
ciosa mea, & ueni , columba mea in fo-
raminibus petræ , in cauerna maceriaz.
Ostende mihi faciem tuam. Sonet uox
tua in auribus meis : Vox enim tua dul-
cis, & facies tua decora.

Euangelium Lucae I.

EXurgens MARIA in diebus illis,
Eabijt in montana cum festinatione
in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum
Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et fa-
ctum est : ut audiuit salutationem Ma-
riae Elisabeth , exultauit infans in utero
eius. Et repleta est spiritu sancto Elisa-
beth : & exclamauit uoce magna, & dis-
xit, B E N E D I C T A TV INTER-
M V L I E R E S, & benedictus fructus
uentris tui. Et undè hoc mihi ut ueniat
mater Domini mei ad me ; Eccè enim
ut facta

ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. ET BEATA QVÆ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: MAGNIFICAT anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ECCE ENIM EX HOC BEATAM me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in dominum suam.

1 4 Oratio

EPISTOL. ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiae.

Omnipotens sempiternæ D E V S, quicq; abundantia charitatis, beatam Mariam tuo filio succundatam ad saluationem Elisabeth inspirasti: praesta quæsumus, ut per eius visitationem donis coelestibus repleamur, & ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum de eodem festo.

Hodie Ioannes Spiritus sancto repletus. Dominum quem uerbis laudare non potuit, corporis obsequio recognouit. Beata Elizabeth, quam mater Domini uisitauit, ut Ioannes in utero suo Spiritum sanctificationis accipiens, præcursoris officium inchoaret.

A huius.

Beata sterilis, quæ præcursum Domini senio ingrauescente concepit: beator uirgo, quæ D E V M acq; hominem genuit. Ut rati miras culum sentit, & mysterium recognoscit: sed Elizabeth suum uertit in præconia uisitatis, Maria uerunq; refert in gloriam conditoris.

Hymnos

*Hymnos de B. Virgine alibi reperiēs,
ut in Festo Annunciationis,
Assumptionis & Nati-
uitatis eiusdem.*

Dic Festo S. Mariæ Magdalena.

S V M M A R I V M . Exemplar & commendationem h.c habes mulieris fortis , matronæq; frugi, périnde ac religiose. Possunt b.ec B. Magdalene tribui conuenienter, præsertim si fidem , curam, officium & amorem illius erga Christum Dominum ex Euangelistis colligamus . Euangelium sequens introducit peccatricem, ut uocamus, Euangelicam, insigne speculum omnium uerè & integrè poenitentium. Hanc fuisse Mariam Magdalenam graues auctiores cum Gregorio scribunt : que summum quidem dolorem & odium peccatorum tanto lachrymarum imbre publicè fuso testatur, & summum deinde amorem erga Christum tot fidis officijs dominoris, anec & post resurrectionem Domini declarat.

Epistolaris Lectio Prou. XXXI.

MVlierem fortē quis inueniet
Procul & de ultimis finibus præ-
lī cium

EP I S T O L . E T E V A N G E L .

cium eius, Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus, ut & lux Quae sicut lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quia, si natus insitoris, de longe portans patrem suum. De nocte surrexit, deditque praedam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum. De fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit & uidit quoniā bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius appræhenderunt fusum. Manū suā aperuit inopī, & palmas suas extensit ad pauperē. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicitibus. Stragulatam uestem fecit sibi: byssus & purpura ictumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus teret. Sindonem fecit & uēdidit, & cinguit

luma

Ium tradidit Cananæo. Fortitudo & de-
cor indumentū eius, & ridebit in die no-
uissimo. Os suū aperuit sapientiæ, & lex
clementiæ in lingua eius. Considerauit
semitas domus suæ, & panem ociosa nō
comedit. Surrexerunt filij eius, & beatis-
simā prædicauerūt: uir eius, & laudauit
eam. Multæ filiæ congregauerunt diui-
tias: tu supergressa es uniuersas. **F A L-**
LAX GRATIA & uana est pulchri-
tudo: mulier timens Dominū, ipsa lau-
dabitur. Date ei de fructu manuū suarū,
& laudent eam in portis opera eius.

Euangelium Lucæ VII.

IN illo tempore, Rogabat IESVM
Iquidam Phariseus &c.

Cetera requires folio 123.

Oratio Ecclesiæ.

Beatae Mariæ Magdalenæ quæsumus Do-
mine suffragijs adiuuemur, cuius præcibus ex-
oratus quadriduanum fratrem uiuum ab inferis
resuscitasti. Qui uiuis & regnas DEVS.

Canticum

EPISTOL. ET EVANGEL.
Canticum de S. Magdalena.

Regnum mundi & omnem ornatum seculi
contempli propter amorem Domini mei Iesu
Christi: Quem uidi, quem amauis, in quem
creddi, quem dilexi. Fructauit cor meum uer-
bum bonum: dico ego opera mea regi. Quem
uidi, quem amauis, in quem creddi, quem dilexi.

A liud.

MARIA unxit pedes IESU, & extensis
capillis suis: & domus impleta est ex odore
unguenti.

Hymnus de eadem Christi Apostola.

Lauda mater Ecclesia, lauda Christi clemens
dam: qui septem purgat uicia, per septiformem
gratiam. Maria soror Lazari quae tot comisit
crimina, ab ipsa fauce tartari redit ad uitæ lus-
mina. Post fluxa carnis scandala, fit ex lebere
phiala, in uas translata gloriæ de ualle contus
mediae. Aegra currit ad Medicum, uas ferens
aromaticum: & à morbo multiplici, uerbo cu-
ratur medici. Surgentem cum uictoria, Iesu
SVM uidit ab inferis: Prima meretur gaudia,
quæ plus ardebat cæceris. Cui DEO fit glo-
ria, pro

ria pro multis formis gratia, qui culpas & supplicia remittit & dat præmia, Amen.

Sacro die S. Iacobi A^{postoli}.

S V M M A R I V M. Cūm duo sint inter Apostolos huius nominis Iacobi, maiorem illum uocant cūius hodie solennis est memoria, & quem Euangelium hic docet Zebedæi filium, fratrem uero Ioannis Euangeliste fuisse, & qui Luke teste calicem Christi bibit uel primus Apostolorum, Herodiano gladio cesus: ita ille Christo fidem charitatemq; suam maxima manu declarauit. Ergo decenter Epistola recitatur, quæ magnas laudes, & excellentia DEI dona huic uerè beato uiro, Moyſi, & similibus alijs tribuit. Euangelium reprimit ambitiosos, & ad bibendum Christi calicem seu ad crucem portandam Christi discipulos uocat.

Epistolaris Lectio Ecclesiast.

XLI^{IIII}. & XLV.

Benedictio Domini super caput Iusti. Ideo dedit illi Dominus hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim, & inuenit gratiam in conspectu

EPISTOLAE ET EVANGEL.

etu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum, & in uerbis suis monstrauit placauit. Glorificauit eum in conspectu regnum & ostendit illi gloriam suam, in fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Dedit illi præcepta, & legem uitæ & disciplinæ, & excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum sempiternum, circun cinxit eum Zona iustitiae, & induit eum Dominus coronam glorie.

Euangelium Math. XX.

IN illo tempore, Accessit ad eum magister filiorum Zebedæi, cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeat hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem IESVS, dixit: Nescitis quid petatis. POTES TIS BIBERE CALICEM, quem ego bibiturus sum; Dicunt ei: Possimus. Ait

mus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meā & sinistram , non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo.

Oratio Ecclesiae.

Esto Domine plebis tuæ sanctificator & custos, ut Apostoli tui Iacobi munera præsidēs, & conuersatione tibi placeat , & secura mente deseruiat. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum & Hymnum *huc repetere*
licet ex ijs, quæ in festiuitate. S.

Simonis & Iudæ Apo.

stolorum sunt posita.

Sacro die ad uincula Pe-
tri Apoſtoli.

Epistolarem lectionem ac Euange-
lium huc refer , sicut habes die festo S.
Petri & Pauli Apostolorum.

Festo dic S. Laurentij Martyris.

S V M M A

EPISTOL ET EVANGEL.

SUMMARIUM. De elemosyna prout bilariter ac large conferenda. Et quis eius fructus, quod premium consequatur, Epistola commonitat. Hanc suo autem exemplo luculentem illustrat S. Laurentius, qui thesauros Ecclesie proprios et sue saepe concreditos dispersit, deditque pauperibus, seminis nimirum temporalia. Et paulo post cum iustis abunde metens eterna bona. Euangelium de grano sumenti et de anima seu uita hic recte perdendatrat: stat, suamque uim exprimit in Laurentio et alijs Christi Martyribus, nec non in ijs, qui carnem ad bucculas cfigunt cum uitijs et concupiscentijs eius, ut ita crucifixo Domino iam in cruce, post in gloria seministros sociosque prebeat.

Lectione II. Corinthiorum IX.

Fratres, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. HILAREM enim DATOREM DILIGIT DEVIS. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis: Ut in omnibus semper omnem suffici-

nem sufficientiam habentes, abundetis
in omne opus bonum, sicut scriptum est,
DISPERSIT, DEDIT pauperibus:
iusticia eius manet in seculum seculi.
Qui autē administrat semen seminanti:
& panem ad manducandum præstabit,
& multiplicabit semē uestrum, & auge-
bit incrementa frugum iustitiae uestræ.

Euangelium Ioannis XII.

IN illo tempore, Dixit I E S V S disci-
pulis suis: Amen amen dico uobis,
NISI GRANVM FRVMENTI
cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum
solum manet, si autem mortuum fuerit,
multum fructum affert. **QVI AMAT**
ANIMAM suam, perdet eam: & qui
odit animam suam in hoc mundo, in ui-
tam æternam custodit eam. Si quis mihi
ministrat, me sequatur: & ubi sum ego
illuc & minister meus erit. Si quis mi-
hi ministrauerit, honorificabit eum pa-
ter meus.

¶

Oratio

EPISTOL. ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiæ.

Da nobis quæsumus omnipotens DEVS,
victorum nostrorum flamas extinguere, qui
beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum
incendia superare. Per Dominum nostrum IESU
SVM Christum filium tuum.

Canticum.

Beatus Laurentius dum in craticula super-
positus oreretur, ad imp̄f̄ssimum Tyrannum
dixit: Assatum est iam uersa & manduca: nam
facultates Ecclesiæ quas requiris, in coelestes
thesauros manus pauperum reportauerunt.

Sacro die Assumptionis B.
Mariae Virginis.

S V M M A R I V M . Nullus dies cuiquam sancto-
ram, quam hodiernus DEIpare virginis solennius cele-
bratur. Incredibile profectio, quantam illa glorie &
dignitatis accessionem bodie fecerit, cum & corpore
& anima fuit in celos assumpta, ut Augustinus per-
spicue docet. Recte igitur in eiusdem virginis persona
profertur lectio sequens, ubi uelut in spiritu exultans,
sibiq; gratulans, suam ipsa gloriam, incomparabilem
sancte, palam deprendat. Est uera & numeris omnibus
absolute

absoluta Maria, quæ partem non tantum bonam ut Marthæ, nec meliorem solum ut Magdalena, sed planè optimam nunquam auferendam elegit, postquam non anima tantum, sed & corpore hinc fœliciter assumpta, & super choros Angelorum exaltata, & à uero Samone filio coronata, nec primam similem uisa est, nec habere sequentem. Sunt & alia complura in Euana gelio, quæ propter castelli rationem, & ex comparatione Marthæ ac Marie ad hanc virginem, ciuſq; ſestum accommodari facile possunt. Qui sapiunt, hanc mundi coeliq; reginam cum Angelo prædicent, cum Elisabeth ſupplicant, cum Ecclesia uenerentur, & cum Chryſoftomo dicant: Ut uerè dignum & iustum eſt glorificare te Deiparam, & ſemper beatissimam, & penitus in contaminatam Matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubin, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem D E V M peperiſt; uere Deiparam te magnificamus.

Epistolaris lectio Eccl. XXIII.

IN omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omniū:
m a & qui

EPSTOL. ET EVANGEL.

& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, Et dixit mihi : In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum ; & usq; ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano : & quasi cypressus in monte Syon. Quasi palma exaltata sum Cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi plantanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi : quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris.

Euangelium Lucæ X.

In illo

IN illo tempore, Intrauit I E S V S in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria quæ etiam SEDENS SECVS PEDES Domini, audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ quod sror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Dominus: **M A R T H A** MARTHA sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: **M A R I A** OPTIMAM partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Oratio Ecclesiae.

Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non ualeamus, genitricis filij tui Domini nostri intercessione saluemur. Per eundem Dominum nostrum I E S U M CHRISTUM filium tuum.

Canticum.

m 3

Hodie

EPISTOL. ET EVANGEL.

Hodie Maria uirgo cœlos ascendit gaudet
te, quia cum Christo regnat in æternum.
A L I V D. Beata es uirgo Maria Dei genitrix, quæ credidisti Domino: perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum, Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Hymnus ad Mariam Deiparam.

O Gloriosa Domina excelsa supra sydera,
qui te creauit prouidè, lactasti sacro ubere.
Quod Eua tristis abstulit, tu reddis almo genitrix:
intrent ut astra flebiles, cœli fenestra fas-
& a es. Tu regis alti sanua, & porta lucis fulgi-
da: uitam datam per uirginē gentes redemptæ
plaudite. MARIA MATER GRATIÆ,
mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, &
hora mortis suscipe. Gloria tibi Domine, qui
natus es de Virgine, cum patre & sancto spiritu
tu in sempiterna secula, Amen.

Sancto dic S. Bartholomei Apostoli

S V M M A R I V M. Multum debemus Aposto-
lis, & in his B. Bartholomeo, qui sacrosancte fidei in
Iudeis & gentibus fundamenta nobis iecere, ut idcirco
patres & principes populorum, precipui Christi &
Evangelij testes ac precones haberi mereantur. Itaq;
commendat nobis Epistola fructum, quem in Christo
nobis Apostoli peperere. Hoc superest modò, ut iacto
fundamenta

SANCTORVM FESTIS DIEBVS. 28

fundamento superstruamus & in Charitate crescamus: sicut Apostoli fecere, non credentes tantum & Euangelizantes, sed etiam uita & morte suam uocatiōnem Christo & mundo comprobantes. Tales Dei amicos fidos, charitate, obedientia, pacientia conspicuos Euangelium requirit.

Epistola Epbes. II.

E Ratres. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorū & domestici DEI: superaedificati super fundatum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctū in Domino. In quo & uos coaedificamini in habitaculum DEI in spiritu sancto.

Euangelium Ioan. XV.

IN illo tempore, Dixit I E S V S discipulis suis: Hoc est praeceptum meū, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionē nemo habet, quam ut animam suam pōnat quis pro amīcis.

m 4 suis.

EPISTOL. ET EVANGEL.

suis. Vos amici mei estis; si feceritis quæ
ego præcipio uobis. Iam non dicam uos
seruos: quia seruus nescit quid faciat
Dominus eius. Vos autem dixi amicos:
quia omnia quæcunq; audiuī à Patre
meo, nota feci uobis. Non uos me ele-
gisti, sed ego elegi uos: & posui uos, ut
eatis, & fructum afferatis, & fructus ue-
ster maneat, ut quodcunq; petieritis pa-
trem in nomine meo, det uobis. Hæc
mando uobis, ut diligatis inuicem.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiterne DEVS, qui huius
dici uenerandam, sanctamq; læticiam in beatí
Apostoli cui Bartholomei festiuitate tribuisti,
da Ecclesiæ tuæ quæsumus & amare quod cre-
didir, & prædicare quod docuit. Per Dominum
nostrum IESVM Christum filium tuum.

Canticum & Hymnum hic insere, si-
cut notatum habes die S. Simo-
nis & Iudæ Apostolorum.

Festo

Festo die Nativitatis B. Mariae Virginis.

Epistolarem & Euangelicam lectio-
nem, quæ huic festo debetur, suprà inues-
tigies, ubi generatim de festis eiusdem B.
Virginis agitur.

Die festo Exaltationis S. Crucis.

Epistola & Euangelium eodem se-
modo habent, ut in festo inventionis S.
Crucis annotatum est.

*Sancto die S. Mathæi apostoli &
Euangelistæ.*

S V M M A R I V M. Multiplex DEI & Christi
gratiam in Ecclesia, unde gradus & ordines ministros
rum certò constitutos habemus, nimirum ad fouendam
& conseruandam doctrinæ sinceritatem atq; concors-
diam. In his gradibus primas tenent Apostoli, Pro-
phetæ, Euangeliæ, pastores ac doctores, quibus pro-
pter diuinam ordinationem & uocationem suus locus
& bonos est tribuendus, etiamsi non optimè uiuant.
Ex Apostolis autem & Euangeliis fuit S. Mathæus,

.. EPISTOL. ET EVANGEL.

etiam vocacionem & conuersionem admirabilem in
Evangelio certissimus. En magnum uero Christi bonita-
tem, qui dignatur publicanum tanti facere, illum adire,
uocare, admittere, defendere, confirmare. & Apo-
stolis omnibus eo ipso preferre, quod hic unus idemque
sit & Apostolus, & Euangelista, & Martyr nomi-
namenti. Speculum dicas uerè paenitentium.

Epistola ad Epbes. IIII.

Fratres, Vnicuique nostrum data est
gratia secundum mensuram dona-
tionis CHRISTI. Propter quod dicit,
Ascendens in altum, captiuam duxit
captiuitatem : dedit dona hominibus.
Quod autem ascendit: quid est, nisi quia
& descendit primum in inferiores partes
terre: Qui descēdit, ipse est & qui ascen-
dit supra omnes coelos, ut impleret om-
nia. Et ipse dedit quosdam quidem Apo-
stolos, quosdam autem Prophetas, alios
uerò Euangelistas, ALIOS AVTEM
PASTORES ET DOCTO-
RES ad consummationem sanctorum
in opus

In opus ministerij in ædificationem cor-
poris CHRISTI: donec occurra-
mus omnes in unitatem fidei & agni-
tionis filij DEI, in uirum perfectum,
in mensuram ætatis plenitudinis CHRI-
STI.

Euangelium Math. IX.

IN illo tempore, Cum transiret IESVS, uidit hominem sedentem in te-
lone, Mathæum nomine. Et ait illi :
SEQVERE ME. Et surgens, secutus
est eum. Et factum est : discubente eo
in domo, ecce multi publicani & pecca-
tores uenientes, discubebant cum IES-
VS & discipulis eius. Et uidentes Pha-
risæi, dicebant discipulis eius : Quarè
cum publicanis et peccatoribus mandu-
cat Magister uester? At IESVS audiens
ait : Non est opus ualentibus medico,
sed male habentibus. Euntes autem, di-
scite quid est : Misericordiam uolo, &
non sacrificium. **NON ENIM VE-**

NI

EPISTOL. ET EVANGEL.
NI VOCARE IVSTOS, sed
peccatores.

Oratio Ecclesiæ.

Beati Apostoli & Euangelistæ Mathæi Domini precibus adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM filium suum.

Sacro die S. Michaelis Archangeli & omnium Angelorum DEI.

S V M M A R I V M . Lectio sequens que primum est Apocalipsis, attentionem & autoritatem illi operi conciliet, ac salutationem insuper Apostolicam continet. Quadrat & presentifexto, dum septem mensibus spiritum, qui sunt in conspectu throni DEI. Euangelium generatum de Angelis loquitur, quod uideant faciem patris in celis, & puerorum quoque custodes ac tutores sunt: sicut & Paulus ait, Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium nesci propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Sunt & alii preclari in Euangelio loci, uelut de ambitione uitanda & sectando humilitate, de uitando scandalo, de pernici

nulis non contemnendis, sed suscipiendis, foudendis, honorandis. Nam de Michale alijsq; Angelis electis, quibus hic dies est sacer, constat ē scriptura, omnium illorum pium ac benignum esse studium circa genus humanum: deinde de uariis eorum ordinis & gradus distingui, excellentium autem maximum nobis esse S. Michaelem, ut hinc princeps dicatur & sit populi DEI tam in p̄lio contra Diabolum, tum in orationis suffragio pro fitidelibus. Vide scripture testimonia, si requiris, apud Rupertum in VIII. C. Apocalipſis.

Epistolaris Lectio Apocal. I.

Significauit Deus quæ oportet fieri
Scitò, loquens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perh̄buit uerbo Dei, & testimonium IESV Christi, quæcunque uidit Beatus qui legit & qui audit uerba Prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. **TEM PVS ENIM PROPE EST.** Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia: Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt,
et à

EPISTOL: ET EVANGEL.

& à IESV Christo, qui est testis fidelis,
primogenitus mortuorum, & princeps
regum terræ, qui DILEXIT NOS, ET
LAVIT NOS à peccatis nostris in
sanguine suo, & fecit nos regnum & sa-
cerdotes Deo & patri suo.

Euangelium Math. XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad
IESVM, dicentes, Quis putas ma-
ior est in regno cœlorum? Et aduo-
cans IESVS parvulum, statuit eum in
medio eorum, & dixit, Amén dico uo-
bis, NISI CONVERSI FVERI-
TIS, & efficiamini sicut parvuli, non
intrabitis in regnum cœlorū. Quicunq;
ergo humiliauerit se sicut parvulus iste,
hic est maior in regno cœlorum. Et qui
suscepit unum parvulum talem in no-
mine meo: me suscipit, qui autem scan-
dalizauerit unum de pusillis istis, qui in
me credunt, expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius, & demurga-
tur in profundum maris. VAE MVM
DO

DOA SCANDALIS. Necesse est enim ut ueniant scandalum: ueruntamen **VAE HOMINI**, per quem scandalum uenit. Si autem manus tua, uel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & projice abs te: bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. **ET SI OCVLVS TVVS** scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi est unum oculum habentem in uitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim uobis, quia **ANGELI EORVM** in coelis semper uident faciem patris mei qui in coelis est.

Oratio Ecclesiae.

DE VS qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius, ut quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra uita nostra munias cur. Per

EP I S T O L . E T E V A N G E L I
tur. Per Dominum nostrum I E V M Chri-
stum filium eum.

Canticum de S. Michaelc.

Dum sacrum mysterium cerneret Ioannes
archangelus Michael tuba cecinit : Ignosc
Domine DEVS noster, qui aperis librum, &
foliis signacula eius, Halleluia.

A liud.

Princeps glorioſiſſime Michael archangeli
eſto memor noſtri, & hic & ubiqꝫ ſemper prece
re pro nobis filium DEI, Halleluia Halleluia.

Hymnus de S. Angelis.

CHRISTE fanctorum decus Anglos-
rum, rector humani generis & autor : nobis
aeternum tribue benignus scandere coelum, An-
gelum pacis, Michael ad istam, coelitus mitti
rogitamus aulam, nobis ut crebro ueniente cre-
ſcant prospera cuncta. Angelus fortis Gabriel,
ut hostem pellat antiquum uolitans ab alto, ſa-
pius templum ueniens ad istud uifere noſtrum.
Angelum nobis medicum ſalutis, mitte de coe-
lo Raphaël : ut omnes sanet ægrotos, pariterqꝫ
noſtros, dirigat actus. Hinc Deinoſtri genitrix
Maria, totus & nobis chorus angelorum ſemper
per aſiſtar, simul & beata concio tota. Praeſte
hoc nos

hoc nobis deitas beata Patris ac nati, pariterque
sancti spiritus, cuius reboat in omni gloria
mundo, Amen.

*Dic festo S. Simonis & Iude^æ
Apostolorum.*

S V M M A R I V M. Charitas per Epistolam
& Euangeliū iure nobis tum prædicatur, cum ma-
gni Apostoli celebrantur, qui uocationem suam &
Ecclesiam totam ardenti Charitatis igne flagrantes,
plurimū illustrarunt, seqꝫ & aduersa omnia in Chri-
sti charitate deuicerunt, ijdem uiuendo, docendo ac
moriendo perfecti semper testes ac præcones gra-
tiæ Christianæ. Est hic etiam locus de patientia, pre-
sertim Euangelizanib[us] necessaria.

Epistola Roman. VIII.

Fratres, Scimus quod omnis creatu-
ra ingemiscit, & parturit usqꝫ adhuc,
Non solum autem illa, sed & nos ipsi
primitias Spiritus habentes & ipsi intra
nos gemimus adoptionem filiorū DEI,
expectantes redemptionem corporis no-
strī: Spē enim salui facti sumus. Spes au-
n tem

EPISTOL. ET EVANGEL.
tur. Per Dominum nostrum I E V M Christum filium tuum.

Canticum de S. Michaeli.

Dum sacrum mysterium cerneret Ioannes archangelus Michael tuba cecinit : Ignosce Domine DEVS noster, qui aperis librum, & foliis signacula eius, Halleluia.

A liud.

Princeps glorioissime Michael archangeli esto memor nostri, & hic & ubique semper prece pro nobis filium DEI, Halleluia Halleluia.

Hymnus de S. Angelis.

CHRISTE sanctorum decus Anglorum, rector humani generis & autor : nobis æternum tribue benignus scandere cœlum. Angelum pacis, Michael ad istam, coelitus mitti rogitamus aulam, nobis ut crebro ueniente crescant prospera cuncta. Angelus fortis Gabriele, ut hostem pellat antiquum uolitans ab alto, saepius templum ueniens ad istud uisere nostrum. Angelum nobis medicum salutis, mitte de coe lo Raphaël : ut omnes sanet ægrotos, pariterque nostros, dirigat actus. Hinc Deinostris genitrix Maria, totus & nobis chorus angelorum semper assistat, simul & beata concio tota. Præstet hoc nos

hoc nobis deitas beata Patris ac nati, pariterq; sancti spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo, Amen.

Die festo S. Simonis & Iude^e Apostolorum.

S V M M A R I V M. Charitas per Epistolam & Euangelium iure nobis tum predicatur, cum magni Apostoli celebrantur, qui uocationem suam & Ecclesiam totam ardenti Charitatis igne flagrantes, plurimū illustrarunt, seq; & aduersa omnia in Christi charitate deuicerunt, ijdem uiuendo, docendo ac moriendo perfecti semper testes ac praecones gratie Christianæ. Est hic etiam locus de patientia, praesertim Euangelizanibus necessaria.

Epistola Roman. VIII.

Fratres, Scimus quod omnis creatura in gemiscit, & parturit usq; adhuc, Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias Spiritus habentes & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū DEI, expectantes redēptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. Spes autem

nō tem

EPISTOL. ET EVANGEL.

tem quæ uidetur: nō est spes, nam quod
uidet quis: quid sperat: Si autem quod
non uidemus, speramus: per patientiam
expectamus. Similiter autem & SPI-
RITVS ADIVVAT infirmita-
tem nostram, nam quid oremus sicut
oportet, nescimus: sed ipse Spiritus po-
stulat pro nobis gemitibus inenarrabili-
bus. Qui autem scrutatur corda, scit
quid desideret Spiritus: quia secundum
DEVM postulat pro sanctis. Scimus
autem quoniam DILIGENTIBVS
DEVM, omnia cooperantur in bo-
num, ijs qui secundum propositum uo-
cati sunt sancti. Nam quos præsciuit &
prædestinavit conformes fieri imagines
filij sui, ut sit ipse primogenitus in mul-
tis fratribus. Quos autem prædestinavit
hos & uocauit, & quos uocauit: hos &
iustificauit, quos autem iustificauit, illos
& magnificauit. Quid ergo dicemus
ad hæc: SI DEVS PRO NO-
BIS quis contra nos: Quietiam pro-
prio filio suo non pepercit, sed pro no-
bis om-

bis omnibus tradidit illum : quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit ? Quis accusabit aduersus electos DEI ? DEVS qui iustificat. Quis est qui cōdemnet ? CHRISTVS IESVS qui mortuus est , imo qui & resurrexit , qui & est ad dexterā Dei , qui etiam interpellat pro nobis . QVIS ergo NOS SEPARABIT à charitate CHRI STI ? Tribulatio an angustia ? An fames ? An nuditas ? An periculum ? An persecutio ? An gladius ? Sicut scriptum est . Quia propter te mortificamur tota die : æstimati sumus sicut oves occisionis : sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos . Certus sumus enim quia neq; mors , neq; uita , neq; Angelus , neq; principatus , neq; uirtutes , neq; instantia , neq; futura , neq; fortitudo , neq; altitudo , neq; profundum , neq; creatura alia poterit nos separare à charitate DEI , quæ est in CHRISTO IESV Domino nostro.

n. 2 Euani

EPISTOL. ET EVANGEL.

Euangelium Ioannis XV.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis : HAEC MANDO VOBIS, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit : scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuistis : mundus quod suum erat , diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego eligi uos de mundo : propterea odit uos mundus . Mementote sermonis mei, quem ego dixi uobis , NON EST SERVVS MAIOR Domino suo. Si me persecuti sunt : & uos persequentur : si sermonem meum seruauerunt : & uestrum seruabunt. Sed haec omnia facient uobis propter nomen meum : quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenisssem & locutus fuisset eis : peccatum non haberent , nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: & patrem meum odit. Si opera non fecisset in eis , quae nemo aliis fecit: peccata non haberent. Nunc autem & uiderunt

uiderunt , & oderunt & me & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est , quia odio habuerunt me gratis.

Oratio Ecclesie.

DEVS qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem tui nominis uenire tribuisti, da nobis, eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare , & celebmando proficere. Per Dominum nostrum IESUM CHRISTUM filium tuum.

Canticum de S. A postolis.

Vos qui reliquistis omnia , & sequuti estis me , centuplum accipietis , & uitam eternam possidebitis.

Hymnus in festo A postolorum.

Exultet coelum laudibus , resulteret terra gaudens : Apostolorum gloriam sacra canunt solēs nia. Vos seculi iusti iudices , & uera mundi lumenata : uotis precamur cordium , audite preces supplicum. Qui coelum uero claudis , serasq; eius soluitis , nos à peccatis omnibus foluite iusus

n 3 su quas

EPISTOLAE ET EVANGELI.

su quæsumus. Quorum præcepto subditur san-
lus & languor omnium, sanare ægros moribus,
nos reddentes virtutibus. Ut cum Iudex adue-
nerit CHRISTVS in fine seculi, nos sempiter-
ni gaudi faciat esse compotes. DEO patri sit
gloria, eiusq; soli filio cum Spiritu paraceto &
nunc, & in perpetuum. Amen.

In solenni festo Sanctorum omnium.

S V M M A R I V M. Constat Ecclesiam esse du-
plicem, in cœlis triumphantem unam, & in terris mi-
litantem alteram. Utrobiq; sunt sancti & beati: sed illic
uelut in patria cum Christo regnantes, hic uero, ut in
uia & transitu, ad patria illa peregrinantes. Itaq; le-
ctio sequens, ut alia pleraq; in Apocalipſi, ad priorū
statu uerè felicem spectat. Electi sunt, signati sum &
undequaq; collecti: stante ante thronum, nunquā non
laudare & benedicunt Deo, amant & orant pro no-
bis, quia sunt e quales Angelis DEI, fratres itidem, &
eiusdem nobiscum corporis membra. Euangeliū agit
de sanctis alterius generis, quomodo illi hic exerceri
debeat, ut sanctis illis prioribus adiungatur, ex bea-
titudine niae scilicet ad beatitudinem patriæ recta con-
tendentes. En sic merces suo merito cōgruens. Huc rea-
ferri potest quod supra monuimus de sanctorum fea-
stis uitatibus, quas populus quidem Christianus reli-
giose solennitate concelebrat (ut Augustini verbis
etiamur)

ut amur) & ad excitandam imitationem, & ut meritum eorum conficeretur, atq; orationibus adiuuetur.

Epistolaris Lectio Apocalyp. VII.

Ecce ego Ioannes uidi alterum An^o gelum, ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor Angelis, quib^s das tu est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quo adusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et ego Ioannes audiui numerum signatorum, Centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim mil-

n 4 lia signa.

EPISTOL. ET EVANGEL.

Illa signati. Ex tribu Isachar, duodecim
millia signati. Ex tribu Zabulon, duó-
decim millia signati. Ex tribu Ioseph,
duodecim millia signati. Ex tribu Be-
niamin, duodecim millia signati. Post,
hæc uidi turbam magnam, quam dinu-
merare nemo poterat, ex omnibus gen-
tibus & tribubus, & populis & linguis,
stantes ante thronum, & in conspectu
Agni, amicti stolis albis, & palmæ in
manibus eorum, & clamabant uoce ma-
gna, dicentes, SALVS DEO NO-
STR O, qui sedet super thronum, &
Agno. Et omnes Angeli stabant in cir-
citu throni & seniorum & quatuor a-
nimantium : & ceciderunt in conspectu
throni in facies suas, & adorauerūt De-
um, dicentes, Amen. BENEDICTIO,
ET CLARITAS, & sapientia, &
gratiarum actio, honor & uirtus, & for-
titudo Deo nostro.

Evangeliū Math. V.

In illo

IN illo tempore, Videns IESVS turbas, ascendit in montem : & cum se disset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebit eos, dicens, BEATI pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum cœlorum. BEATI mites : quoniam ipsi possidebunt terram BEATI qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. BEATI qui esurunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. BEATI misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. BEATI mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt. BEATI pacifici : quoniam filij Dei uocabuntur. BEATI qui persecutionem patiuntur propter iustitiam : quoniam ipsorum est regnum cœlorum. BEATI iusti cum malo ledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate : quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

n S Oratio

EPISTOL. ET EVANGEL.

Oratio Ecclesiæ.

Omnipotens sempiternæ D E V S qui nos omnium sanctorum tuorū merita sub una tristibusisti celebritate uenerari : quæsumus, ut desideratam nobis tuæ propitiationis abundans etiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum I E S U M Christum filium tuum.

Gantica de omnibus sanctis.

O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes sancti, amicti stolis albis, sequuntur agnum quocunq; ierit.

A laud.

Angeli, Archangeli , troni, dominationes, principatus potestates, uirtutes, Cherubim , arcis Seraphim , Patriarchæ, Prophetæ, sancti legi Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, sancti Confessores, uirgines Domini, Anachoritæ, sancti omnes intercedite pro nobis;

Hymnus de ijsdem.

CHRISTE redemptor omnium conserva tuos famulos, beatæ semper uirginis placantis sanctis praecibus. Beata quoq; agmina coelestium spirituum: præterita, præsentia, futura mala pellite. Vates æterni iudicis, Apostolic; Domini suppliciter exposcimus, saluari uestris praecibus:

precibus. Martyres D E I incliti, confessoresq;
lucidi, uestris orationibus nos ferte in coelestis
bus. Chori sanctorum uirginum, Monachos
rumq; omnia, simul cum sanctis omnibus
consortes Christi facite. Gentem auferte perfis-
dam credentium de finibus, ut Christo laudes
debitas persoluamus alacriter. Gloria, patri in-
genito, eiusq; unigenito, una cum sancto Spiritu
in sempiterna secula, Amen.

*In die commemorationis animarum seu
fidelium defunctorum.*

S V M M A R I V M . Hoc die facit Ecclesia quod
Chrysostomus monet, ut pro uiribus et ipsi defunctos
iuuemus, ex aliis itidem qui pro ipsis dorent, commo-
nem faciamus. Non enim frustra ab Apostolis sanctitatem
est, ut in celebratione uenerandorum mysteriorum me-
moria fiat eorum qui hinc deceperunt: nouerunt illis
multi hinc emolumenti fieri, multum hinc utilitate.
Ita B. Chrysostomus, cui uectusiores etiā patres oma-
nes in hac doctrina consonant: ne quis credat Aerias
nis iam olim damnatis, qui in Christo defunctos uiuo-
rū suffragijs ex Ecclesie orationibus iniquissime dea-
fraudarunt. De sequenti autem lectione iudiciū Au-
gustini hoc est: In secundo inquit, Machabeorum li-
bro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium. Sed si
busquā omnino in scripturis veteribus legeretur, non

parvus

EPISTOL ET EVANGEL.

perua est uniuersae Ecclesie, que in hac consuetudine claret, authoritas, ubi precibus Sacerdotum, que Domino DEO ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Et rursus alibi: Purgatorias penas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud ultimum tremendumq; iudicium. Prodest interim extremi iudicij rationem nosse, de qua Euangelium hodie disserit, ut ea libenter pro mortuis oremus, quo severiorem esse iudicem uideamus, cui totius uite ratio non solum in die iudicij, sed etiam statim post mortem ab uno quoq; reddenda sit, cuius etiam iudicium de charitate uiolata, neglectisq; misericordie operibus, & non de fide tantum, omnes subire oportet.

Lectio II. Machabaeor. XII.

IN diebus illis, Vir fortissimus Iudas collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum uidetur & uanum orare pro mortuis) & quia considerabat quod hi qui cum pietate dorationem

SANCTORVM FESTIS DIEBVS. 28,
missionem acceperant , optimam habes-
tent repositam gratiam. Sancta ergo &
salubris est cogitatio pro defunctis exo-
rare, ut à peccatis soluantur.

EvangeliuM Math. XXV.

IN illo tempore, dixit IESVS discipulo
illis suis, Cùm uenerit filius hominis,

Cetera leges folio 56.

Oratio Ecclesie.

Fidelium DEVS omnium conditor & re-
demptor, animabus famularum fataliumq-
tuarum remissionem cunctorum tribue peccas-
torum : ut indulgentiam quam semper optaues-
tunt , p̄ijs supplicationibus consequantur. Per
Dominum nostrum I E S V M Christum fia-
lum tuum.

Preces pro defunctis.

Absolute Domine animas eorum ab omni
vinculo delictorum , ut in resurrectionis gloria
inter sanctos tuos resuscitati respirent. Requies-
ca eternam dona eis Domine : & lux perpetua
tua luceat eis : ut in resurrectionis gloria inter
sanctos tuos resuscitati respirent.

In Feg

EPISTOL. ET EVANGEL.

Die Feste S. Martini Episcopi.

Epistola & Euangelium eodem ha-
bent modo, ut in festo S. Nicolai.

Oratio Ecclesiae.

DEVS qui conspicis, quia ex nulla nostra
virtute sublissimus: concede propitius, ut inter-
cessione B. Martini Confessoris tui atq[ue] Pontis-
fici, contra omnia aduersa muniamur. Per Do-
minum nostrum IESVM Christum filium tuum,

Canticum.

Hic est Martinus electus DEI Pontifex, cui
Dominus post Apostolos tantam gratiam eos
ferre dignatus est, ut in uirtute Trinitatis Dei his
et mereretur fieri trium mortuorum suscitator
magnificus.

Hymnus de S. Confessore Christi.

Iste Confessor Domini sacratus, festa plebs
cuius celebrat per orbē, hodie latus meruit se
creta scandere coeli. Qui pius, prudens, humilis,
pudicus, sobrius, castus fuit, & quietus, uita dū
præsens uegetauit ciui corporis artus. Ad sacrū
cuius tumultum frequenter membra languen-
tū modo sanari, quolibet morbo suēcī grā-
uata, reg

uata, restituuntur. Vnde nunc noster chorus in honorem ipsius Hymnum canit hunc libenter, ut p̄h̄ eius meritis iuuemur omne per æcum. Sit salus illi, decus, atq; uirtus, qui supra cœli res fidens cacumen, totius mundi machinam gubernat trinus & unus, Amen.

Festo die Præsentationis B. Virginis
M A R I A E. Habes Epistola-
 lam, Euangeliū & Orationem
 quæ hic pertinent, in festiuita-
 tibus eiusdem semper be-
 nedictæ Virginis.

Die sacro S. Catherinae Vir-
 ginis & Martyris.

S V M M A R I V M. Inter sanctas Virgines alias, quibus lectiones sequentes rite accommodantur, S. Catherina multum excelluit, nimirum gene-
 re, doctrina, castitate, zelo fidei, inuidiæ membris for-
 titudine, & in sponsum Christum ardentis perpet-
 tuaq; charitatis ardore. Pro quibus alijsq; uirtutibus
 fonti auctorum illa gratias agit, ut in lectione mox
 sequenti, una profecto de uirginibus, quales Paulus
 deinde

EPISTOL. ET EVANGEL.

deinde describit: Et de ijs quas commendat Euange-
lium, utpote sapientes, uigilantes, oleo charitatis
instructas, Et coelestibus nuptijs dignas: quæque
luit optimæ negotiatrices, ut unum Christum fpon-
sum lucrificarent. sc ipsas Et omnia ultrò con-
tempserent.

Epistolaris Lectio Ecclesiast. LI.

CONfitebor tibi Domine rex, & col-
laudabo te D E V M saluatorem
meum. Confitebor nomini tuo: quoniam
adiutor & protector factus es mihi, & li-
berasti corpus meum à perditione, à la-
queo linguae iniquæ, & à labijs operan-
tium mendacium, & in conspectu astans
tium factus es mihi adiutor. Et libera,
sti me secundum multitudinem miseri-
cordiæ nominis tui à rugientibus, præ-
paratis ad escam, de manibus quæren-
tium animam meam, & de portis tribula-
tionum quæ circundederunt me: à pres-
sura flammæ, quæ circundedit me, &
in medio ignis non sum æstuatus. De
altitudine ventris inferi, & à lingua co-
inquinata,

inquinata, & à uerbo mendaci, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit usq[ue] ad mortem anima mea Dominum, & uita mea appropinquans erat in inferno deorsum.

Alia Epistola I. Cor. VII.

Fratres, De uirginibus præceptum Domini non habeo: Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori: Noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: Noli querere uxorem. Si autem acciperis uxorem: non peccasti. Et si nupserit uirgo: non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Egō autem uobis parco. Hoc itaq[ue] dico fratres, tempus breue est: reliquum est ut & qui habent uxores, tanquā non habētes sint, & qui flent: tanquam non flentes,

o & qui

EPISTOL ET EVANGEL.

& qui gaudent : tanquam non gaudentes , & qui emunt : tanquam non possidentes , & qui utuntur hoc mundo : tanquam non utantur . P R A E T E R I T ENIM FIGVRĀ huius mundi . Volo autem uos sine sollicitudine esse . Q VI SINE UXORE E S T : solicitus est quæ Domini sunt , quomodo placeat DEO . Qui autem cum uxore est , solitus est quæ sunt mundi , quomodo placeat uxori : & diuisus est . Et MVLIER IN N V P T A ET VIRGO , cogitat quæ Domini sunt : ut sit sancta & corpore & spiritu .

Euangelium Math. XXXV.

IN illo tempore , Dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc . Simile est regnum cœlorū decem uirginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponsō & sponsæ . Quinqꝫ autem ex eis erant fatuæ , & quinqꝫ prudentes . Sed quinqꝫ fatuæ , acceptis lampadibus non sumpterunt oleum secum ; prudentes uer

tes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Moram autem faciens te sponso, dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ECCE SPONSVS uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illae: & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit sponsus: & quæ paratae erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero ueniuit & reliquæ Virgines, dicentes, DOMINE, DOMINE, APERI NOBIS. At ille respondens, ait, Amen dico uobis nescio uos. VIGILATE ITA, QVE: quia nescitis diem neq; horam.

Aliud EuangeliuM Math. XIII.

o 2 In illo

EPISTOL. ET EVANGEL.

IN illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro, quē qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrū illū. Iterū simile est regnū cœlorum homini nego ciatori, quærēti bonas margaritas. Inuenita autē una preiosa margarita, abiit, & uendidit omnia quæ habuit, & emit eā. Iterū simile est regnū cœlorū sagenæ missæ in mare, & ex omni genere pisciū congreganti : quā, cū impleta esset, eduentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in uasa, malos aut̄ foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. EXI BVENT ANGELI, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis : IBI ERIT FLETVS & stridor dentium. Intellexit̄ hæc omnia : Dicunt ei : Etimam. Ait illis : Ideō omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini pa tria.

SANCTORVM FESTIS DIEBVS. 291
trifamilias, qui profert de thesauro suo
noua & uetera.

Oratio Ecclesie.

DEVS qui dedisti legem Moyſi in summis
tate montis Sinai, & in eodem loco per sanctos
Angelos tuos, corpus beatæ Catharinæ Vir-
ginis & Martyris tute mirabiliter collocasti,
praesta quæsumus, ut eius meritis & intercessio-
ne, ad montem qui Christus est, peruenire uas-
leamus. Per eundem Dominum nostrum IESU
S V M. Christum filium tuum.

Hymnus de S. Virginibus.

I E S V corona uirginum, quem mater illa
concipit, quæ sola uirgo parturit: hæc uota
clemens accipe. Qui pascis inter lilia, septus
coronis uirginum, sponsas decorans gloriae
sponsisq; reddens præmia. Quocunq; pergis,
uirgines sequuntur, atq; laudibus post te canen-
tes cursitant hymnosq; dulces personant. Te
deprecamur largius, nostris adauge mentibus,
nescire prorsus omnia corruptionis uulnera.
Præsta pater piissime, patricq; compar unice cū
spiritu paracletu regnans per omne seculum,
Amen.

O 3 In festo

EPISTOL. ET EVANGEL.

In festo dedicationis Ecclesiae

S V M M A R I V M. An Ecclesiam DEI contemnitis? Inquit Paulus, nimurum Ecclesiam pro templo accipiens, quod ex ueteri atq; constanii more dedicatur, in scholam cœlestium documentorum, in apothecam spiritualium medicamentorum, in dominum supplicationum & officinam omnis cultus diuinus religiose exercendi. D O M V S M E A inquit Christus, D O M V S O R A T I O N I S vocabitur. Hec Ecclesia representat aliam, que uiuis è lapidibus in angulari lapide C H R I S T O fabricata, ciuitatem nouam, sanctam & illustrem plane constituit, sicut de cœlesti Hierusalem Ioannes docet in sequenti lectione. At in Euangelio historia extat de Zachei conuersione: qui Christi benignitate cōmotus, non modò fide, sed etiam obedientia & hospitallitate seuerè filium Abrabe declarauit. Sic docemur & nos Christum hospitem excipere ac honorare: ut non solum exterioris, sed etiam interioris & spiritualis templi dedicatio quo primum in baptismo facta est, nobis faeliciter peragatur. Annus uero festivitates Ecclesiarum ex more ueterum celebrari (ut Isidori uerbis utamur) etiam in Euangelio legimus: Facta sunt encœnia Hierosolymis, que festivitas erat dedicationis templi. Sic ille anno annos 900. scriptor laudatissimus.

Lectione

IN diebus illis, Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de celo, à DEO paratā, sicut sponsam ornatā uiro suo. Et audiui uocem magnā de throno dicentē. ECCE TABERNACULVM Dei cum hominibus: & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt: & ipse DEVS cum eis erit eos, rum Deus, & ABSTERGET DEVS omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno, ECCE NOVA FACIO omnia.

Euangelium Lucæ XIX.

IN illo tempore, Ingressus IESVS perambulabat Iericho. Et ecce uir nomine Zachaeus: & hic princeps erat Publicanorum, & ipse diues, & quarebat
o 4 videre

EPISTOL. ET EVANGEL.

uidere I E S V M quis esset: & non pos-
terat præ turba, quia statura pusillus erat.
Et præcurrentis ascendit in arborem sy-
comorum ut uideret eum: quia inde erat
transitus. Et cum uenisset ad locum,
suspiciens I E S V S uidit illum, & dixit
ad eum, Zachæe, festinans descendit:
quia H O D I E I N D O M O tua
oportet me manere. Et festinans descen-
dit: & excepit illum gaudens. Et cum
uiderent omnes murmurabant, dicentes
quod ad hominem peccatorem diuerti-
set. Stans autem Zachæus dixit ad Do-
minum, E C C E D I M I D I V M ho-
norum meorum do pauperibus: & si
quid aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum. Ait I E S V S ad eum. Quia
H O D I E S A L V S D O M V I
H V I C F A C T A est: eò quod &
ipse filius sit Abrahæ. V E N I T enim
F I L I V S H O M I N I S querere &
salutem facere quod perierat.

Oratio Ecclesiæ.

D E V S

DEVS qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sanctis semper mysterijs repræsentas incolumes, exaudi preces populi cui: & præsta, ut quisquis hoc templum beneficia petiturus insreditur, cuncta se impetrasset lætetur. Per Dominum nostrum I E S V M Christum filium tuum.

Canticum.

Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit accipit: & qui quærerit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Hymnus de dedicatione Templi.

Vrbs beata Hierusalem, dicta pacis uisio: quæ construitur in cœlis uiuis ex lapidibus: & Angelis coronata ut sponsata comite. Noua ueniens è cœlo, nuptiali thalamo præparata, ut sponsata copuletur Domino: plateæ & muri eius, ex auro purissimo. Portæ nitent margaritis, adytis patentibus: & uirtute meritorum illius luc introducitur omnis, qui ob Christi nomen hic in mundo premitur. Tunisonibus, presuris expoliti lapides, suis cooptantur locis per manus artificis: disponuntur permanenti sacris ædificijs. Angularis fundamentū lapis Christus missus est: qui compage parietis in utroq; o s nectitur:

EPISTOL. ET EVANGEL.

neccidur : quem Sion sancta suscepit, in quo cre^s
dens permanet. Omnis illa DEO sacra & di-
lecta cluitas : plena modulis in laude & canore
tubilo : trinum Deum unicumq^e cum favore
prædicat . H O C I N T E M P L O sumus
me Deus exoratus adueni , & clementi boni-
tate precum uota suscipe : largam benedictio-
nem hic infunde iugiter. Hic promereantur
omnes peccata acquirere : & adepta possidere
cum sanctis perenniter : Paradísum introirez
translati in quietem. Gloria & honor DEO
usquequo altissimo , una patri , filioq^e , inclyro
Paracletu : cui laus est & potestas per immensa
secula. Amen.

S. Isidorus ante annos 900.

Ea que in officijs Ecclesiasticks celebrantur , para-
tim sanctarū scripturarum auctoritate , par-
tim Apostolica traditione , uel confueso
studine uniuersalis Ecclesiaste-
tuta reperiuntur ,

Finalis Lectionum sacrarum , que diebus
festis in templis recitantur .

In Psalmos

In Psalmos sequentes Praefatio.

B. David cunctis quæcum circunstare & constringere videbantur, abruptis, ita erat in potestate postius, tanquam omnibus esset ipse subiectus: & in solio regali erat, ut uinctus in carcere: & in purpura quasi in ciliatio iacebat cinere conspersus, & corde compunctus: aula regalis erat ei tanquam eremi uastissima solitudo. Hæc autem omnia agebat in eo cordis compunctione: sola enim est quæ facit animam horrefondere purpuram, desiderare ciliatum, amare lachrymas, fugere risum: sola est (inquam) cordis compunctione, quæ sicut ignis omne animæ uitium perurit & adimit, & quantumcumque in ea repererit mala, abstergit universa, & penitus

PRAEFATIO IN SEPTEM

Or penitus detet. Huc usq; Chryso-
stomus ille, cuius uerba lectorem admo-
nent, quis O qualis author fuerit se-
quentium Psalmorum, utiq; David ille
rex O Prophetam summum, qui pecca-
tum adulterij O homicidij sui tam diu
et grauiter deplorauit expiauitq;. Nec
minus hic monemur, quem nos ad Psal-
mos eos legendos affectum, plenum scili-
cet compunctionis, adferre ac præstare
debeamus, ut hinc etiam pœnitentiales
Psalmi nuncupentur. Accedit O
Litania, non mutila quidem O detrun-
cata, qualem nunc Vigilantiani suis li-
bellis impudenter assunt ac nobis ob-
trudunt, sed integra, Catholica, O ue-
teri etiam Ecclesiæ nota, probata O
familiaris. Sciunt utiq; pij DEV M
in sanctis honorari, O propter sanctos
eundem

eundem multa s^epe largiri imminenteribus eod^z minus uerentur in fide compellare, & intercessores eos adhibere, qui cum Christo regnantes, ut etiam fatentur aduersarij, pro nobis **D E V M** rogare uolunt & possunt. Vide Liturgiam Baslij, Chrysostomiet Am-
brosij, lege Damascenum : neq^z antea contemnas quam intelligas ueritatis co-
lumnam Ecclesiam **D E I.**

A D Quem



AD QVEM RESPI-
ciam, nisi ad pauperculum, Θ
contritum spiritu, Θ tre-
mentem sermo-
nes meos?

Isiae LXVI.

PSALMVS

PSALMVS I.

Pœnitentialis.

Domine ne in furore tuo arguas
me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei domine: quoniam infir-
mus sum, sana me domine, quoniam con-
turbata sunt omnia ossa mea. Et anima
mea turbata est ualde, & tu domine us-
quequod. Conueiterte domine, & eripe a
nimum meam: saluum me fac, propter
misericordiam tuam. Quoniam non est
in morte, qui memor fit tui: in inferno
autem, quis confitebitur tibi? Laborauis
in gemitu meo, lauabo per singulas no-
ctes lectum meum: lachrymis meis stra-
tum meum rigabo. Turbatus est a furo-
re oculus meus, inueterauit inter omnes
inimicos meos. Discedite a me, omnes
qui operamini iniuriam, quoniam ex-
audiuit dominus uocem fletus mei. Ex-
audiuit dominus deprecationem meam,
dominus orationem meam suscepit. E-
rubescent & conturbentur uehementer

P omnes

SEPTEN PSALMI

omnes inimici mei: conuertantur & eru-
bescant uralde uelociter. Gloria patri, &
filio, & Spiritui sancto, Sicut erat in
principio, & nunc & semper, & in seculis
la seculorum Amen.

PSALMVS II.

BEATI, quorum remissæ sunt iniqui-
tates, & quorum tecta sunt pecca-
ta. Beatus uir, cui non imputauit domi-
nus peccatum, nec est in spiritu eius dos-
lus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa
mea, dum clamarem tota die. Quoniam
die ac nocte grauata est super me manus
tua, conuersus sum in erumna mea, dum
configitur spina. Delictum meum, cog-
nitum tibi feci, & iniusticiam meam no
abscondi. Dixi confitebor aduersum me
iniusticiam meam domino: & tu remisi-
sti impietatem peccati mei. Pro hac ora-
bit ad te omnis sanctus, in tempore opor-
tuno. Veruntamen in diluvio aquarum
multarum: ad eum non approxima-
bunt. Tu es refugium meum à tribula-
tione

tione quæ circundedit me , exultatio
mea, erue me à circundantibus me. In-
tellectum tibi dabo, & instruam te in uia
hac qua gradieris , firmabo super te ocu-
los meos. Nolite fieri sicut equus & mu-
lus ; quibus non est intellectus. In cha-
mo & freno maxillas eorum constringe,
qui non approximant ad te. Multa fla-
gella peccatoris : sperantem autem in
domino misericordia circundabit . Læ-
tamini in domino & exultate iusti , &
gloriamini omnes recti corde. Gloria
patri &c.

PSALMVS III.

Domine , ne in furore tuo arguas
me, ne cibz in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:
& confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ
tuæ : non est pax ossibus meis à facie
peccatorum meorum. Quoniam iniuri-
tates meæ supergressæ sunt caput meū, et
sicut onus graue grauatae sunt super me.

p 2 Putrues

SEPTEN^M PSALMI

Putrierunt & corruptæ sunt cicatrices
meæ à facie insipientiæ meæ. Miser fa-
ctus sum & curuatus sum usq; in finem;
tota die contristatus ingrediebar. Quo-
niam lumbi mei impleti sunt illusioni-
bus, & non est sanitas in carne mea. Af-
flictus sum & humiliatus sum nimis, ru-
giebam à gemitu cordis mei. Domine
ante te omne desiderium meum, & ge-
mitus meus à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit
me uirtus mea, et lumen oculorū meorū,
& ipsum non est mecum. Amici mei &
proximi mei, aduersum me appropin-
quauerunt & steterunt. Et qui iuxta me
erant de longè steterunt, & uim facie-
bant qui quærebant animam meam. Et
qui inquirebant mala mihi locuti sunt
uanitates, & dolos tota die meditaban-
tur. Ego autem tanquam surdus nō au-
diebam, & sicut mutus non aperiens os
suum. Et factus sum sicut homo non au-
diens: & non habens in ore suo redar-
gutiones. Quoniam in te domine speras
ui: tu

ui: tu exaudies me domine Deus meus.
 Quia dixi ne quādo supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouētur pes mei, super me magna loquunti sunt.
 Quoniam ego in flagella paratus sum,
 & dolor meus in conspectu meo semper.
 Quoniam iniquitatem meam annun-
 ciabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuūt & confirmati sunt
 super me, & multiplicati sunt qui ode-
 runt me iniç. Qui retribuunt mala pro
 bonis detrahebant mihi, quoniam seque-
 bar bonitatem. Ne derelinquas me Do-
 mine Deus meus, ne discesseris à me. In-
 tende in adiutorium meum domine de-
 us salutis meæ. Gloria patri &c.

PSALMVS IIII.

Miserere mei Deus, secundum ma-
 gnam misericordiam tuam. Et se-
 cundum multitudinem miserationum
 tuarum, dele iniquitatem meam. Am-
 plius laua me ab iniquitate mea, & à pec-
 cato meo munda me. Quoniam iniqui-

p 3 tatem

SEPTEM PSALMI

tatem meam ego cognosco : & peccatum meum contra me est semper . Tibi soli peccaui , & malum coram te feci , ut iustificeris in sermonibus tuis , & uincas cum iudicaris . Ecce enim in iniuriasibus conceptus sum , in peccatis concepit me mater mea . Ecce enim ueritatem dilexisti , incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi . Asperges me domine hysopo & mundabor , lauabis me , & super niue dealbabor . Auditui meo dabis gaudium & laetitiam , & exultabunt ossa humiliata . Auerte faciem tuam a peccatis meis , & omnes iniurias meas dele . Cor mundum crea in me Deus , & spiritum rectum innoua in uisceribus meis . Ne proicias me a facie tua , & spiritum sanctum tuum ne auferas a me . Redde mihi laetitiam salutaris tui , & spiritu principaliter firma me . Docebo iniros vias tuas , & impij ad te conuertentur . Libera me de sanguinibus Deus , Deus salutis meae , & exultabit lingua mea iustitiam tuam . Domine labia mea aperies , & os meum annuncias

nunciasbit laudem tuam. Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem: utique holocaustis, non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Benigne fac Domine in bona uoluntate tua syon: ut aedificantur muri Ierusalae. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum uitulos. Gloria &c.

PSALMVS V.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus, ad te ueniat. Non auertas faciem tuam a me, in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacunq; die inuocauero te uelocius exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut foenum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. A uoce gemitus mei, adhaesit os meum carni meae. Similis factus sum pellicano solitudinis, factus

p 4 sum

SEPTEM PSALMI

sum sicut nycticorax in domicilio. Vi-
gilauī, & factus sum sicut passer solitari-
us in tecto. Tota die exprobrabant mihi
inimici mei, & qui laudabant me aduers-
sum me iurabant. Quia cinerem tanquā
panem manducabam, & potum meum,
cum fletu miscebam. A facie irae indig-
nationis tuæ quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt, &
ego sicut sœnum arui. Tu autem domi-
ne in æternum permanes, & memoriæle
tuum in generatione & generationem.
Tu exurgens domine misereberis syon:
quia tempus miserendi eius, quia uenit
tempus. Quoniam placuerunt seruis tu-
is lapides eius, & terræ eius miserebun-
tur. Et timebunt gentes nomē tuum dos-
mine, & omnes reges terræ gloriam tuā.
Quia ædificauit dominus syon, & uides
bitur in gloria sua. Respexit in oratio-
nem humilium, & non spreuit precem
eorum. Scribantur hæc in generatione
altera: & populus qui creabitur lauda-
bit dominum. Quia prospexit de excel-
so san-

so sancto suo: dominus de cœlo in ter-
ram aspergit. Ut audiret gemitus compe-
ditorum: ut solueret filios interempto-
rum. Ut annuncient in Syon nomen
domini, & laudem eius in Hierusalem.
In conueniendo populos in unum, &
reges ut seruant domino. Respōdit ei in
uia uirtutis suæ , paucitatem dierū mēo-
rum nuncia mihi. Ne reuoces me in di-
mido dierum meorum , in generatione
& generationem anni tui. Initio tu do-
mineterram fundasti, & opera manuum
tuarum sunt cœli. Ipsi peribūt, tu autem
permanes: & omnes sicut uestimentum
ueterascent. Et sicut opertorium muta-
bis eos , & mutabuntur: tu autem idem
ipse es, & anni tuí non deficient. Filij ser-
uorum tuorum habitabunt, & semen
eorum in seculum dirigetur. Gloria pa-
tri & filio &c.

PSALMVS VI.

DE profundis clamaui ad te domi-
ne, domine exaudi uocem meam.

p 5 Fiant

SEPTEN PSALMI

Fiant auæ tuæ intendentæ ; in uocem
deprecationis meæ. Si iniuriantes obser-
uaueris domine , domine quis sustine-
bit ? Quia apud te propitiatio est, & pro-
pter legem tuam , sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in uerbo eius, spe-
ravit anima mea in domino. A custodia
matutina usq; ad noctem , speret Israel
in domino. Quia apud dominum miseri-
cordia, & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel : ex omnibus ini-
quitatibus eius. Gloria patri & filio &c.

PSALMVS. VII.

Dominé exaudi orationem meam.
auribus percipe obsecrationē me-
am, in ueritate tua exaudi me in tua iu-
stitia. Et non intres in iudicium cum ser-
uo tuo , quia non iustificabitur in con-
spectu tuo omnis uiuens. Quia persecus-
tus est inimicus animam meam, humi-
llavit in terra uitam meam . Collocauit
me in obscuris sicut mortuos seculi ; &
anxiatus

anxiatus est super me Spiritus meus , in
me turbatum est cor meum . Memor fui
dierum antiquorum : meditatus sum in
omnibus operibus tuis , & in factis ma-
nuum tuarum meditabar . Expandi ma-
nus meas ad te , anima mea sicut terra si-
ne aqua tibi . Velociter exaudi me do-
mine , defecit spiritus meus . Non auer-
tas faciem tuam à me : & similis ero de-
scendentibus in lacum . Auditam fac mi-
hi manè misericordiam tuam , quia in te
speravi . Notam fac mihi uiam , in qua
ambulem : quia ad te leuaui animam
meam . Eripe me de inimicis meis domi-
ne , ad te confugi , doce me facere uolun-
tatem tuam , quia Deus meus es tu . Spi-
ritus tuus bonus deducet me in terram
rectam , propter nomen tuum domine
uiuificabis me in æquitate tua . Educes
de tribulatione animam meam , & in mi-
sericordia tua disperdes omnes inimicos
meos . Et perdes omnes qui tribulant ani-
mam meam , quoniam ego seruus tuus
sum , Gloria patri & filio &c.

Nerea

LITANIA

Ne reminiscaris domine delicta no-
stra uel parentum nostrorum , neq; uin-
dictam sumas de peccatis nostris, Parce
domine, parce populo tuo , quem rede-
misti precioso sanguine tuo, ne in æter-
num irascaris nobis,

LITANIA.

Kyrie eleison, Christe eleison, Christe
audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere
(nobis,
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas un^o De^{us}, Miserere no-
stra
Sancta Maria,
Sancta dei genitrix
Sancta uirgo uirginū } Ora pro nobis.
Sancte Michael
Sancte Gabriel
Sancte Raphael
Omnes sancti angeli & ar-
changeli Dei. } Orate pro
Omnes sancti Beatorum } nobis,
spiritum ordines

Sancte Ioannes Baptista Ora pro nob.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophæ-
tæ. } Orate pro nobis.

Sancte Petre
Sancte Paule
Sancte Andrea
Sancte Iacobe
Sancte Philippe
Sancte Thoma
Sancte Bartholomæ
Sancte Mathæ
Sancte Simon
Sancte Thadæ
Sancte Mathia
Sancte Barnaba
Sancte Luca
Sancte Marce

Omnes sancti Apostoli &
Euangelistæ. } Orate pro

Omnes sancti discipuli Dñi nobis.

Omnes sancti Innocentes,

Sancte Stephane

Sancte Laurentii

Sancte Vincenti

} Ora pro nobis;

} Ora pro

nobis.

} Ora pro nobis.

Sancte

LITANIA

Sancte Fabiane } Ora pro nobis;
Sancte Sebastiane
Sancti Ioannes & Paule }
Sancti Cosma & Damiane } Orate pro
Sancti Geruasi & Prothasi } nobis.
Omnes sancti Martyres.
Sancte Siluester }
Sancte Gregori }
Sancte Augustine }
Sancte Ambrosi } Ora pro nobis,
Sancte Hieronyme }
Sancte Martine }
Sancte Nicolae }
Omnes sancti Pontifices, et } Orate pro
confessores. } nobis.
Omnes sancti Doctores. }
Sancte Antoni }
Sancte Benedicte } Ora pro nobis.
Sancte Francisce }
Sancte Dominice }
Sancte Bernarde }
Omnes sancti Monachi & }
heremitæ } Orate pro
Omnes sancti sacerdotes & } nobis.
seculari. } Sancta

Sancta Maria Magdalena

Sancta Agnes

Sancta Lucia

Sancta Cecilia

Sancta Agatha

Sancta Catharina

**Ora pro
nobis.**

**Omnis sanctæ uirgines & uiduae Ora-
te pro nobis.**

**Omnis sancti & sanctæ Dei intercedite
pro nobis.**

Propitius esto, parce nobis domine.

Propitius esto, exaudi nos domine.

Ab omni malo, libera nos domine.

Ab omni peccato, libera nos domine.

Ab ira tua, libera nos domine.

A subitanæ et improvisa morte li. n. dñe.

A b insidijs Diaboli, libera nos dñe.

**Ab ira, & odio, & omni mala uolunta-
te, libera nos domine.**

A spiritu fornicationis, libera nos dñe.

A fulgure, & tempestate, libe. nos dñe:

A morte perpetua, libera nos domine.

**Per mysterium sanctæ incarnationis
tuæ, libera nos domine.**

Per aduentum tuum, libera nos dñe.

LITANIA.

Per nativitatem tuam libera nos dñe.
Per baptismum & sanctum ieunium tu
um libera nos domine.
Per crucem & passionem tuam libera
nos domine.
Per mortem & sepulturam tuam libera
nos domine.
Per sanctam resurrectionem tuam libe
ra nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam li
bera nos domine.
Per aduentum Spiritus sancti paracleti
libera nos domine.
In die Iudicij libera nos domine.
Pecatores, te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas : te rogam, audi nos.
Ut nobis indulgeas : te roga. audi nos.
Ut ad ueram poenitentiam nos perdu
cere digneris : te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere &
conseruare digneris, te rog. audi nos.
Ut domum Apostolicam : & omnes
Ecclesiasticos ordines in sancta religio
ne conseruare digneris, te rog. audi nos.

Vt inie.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te roaudi nos.

Vt regibus & principibus Christianis pacem & ueram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.

Vt cuncto populo Christiano pacem & unitatē largiri digneris, te rogamus audi nos.

Vt nosmetipsoſ in tuo sancto ſeruſtio confortare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt mentes noſtras ad coeleſtia deſideria erigas, te rogamus audi nos.

Vt omnibus benefactoribꝫ noſtris ſem, pitema bona retribuas, te rogamus audi nos.

Vt animas noſtras, fratrū, propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab aeterna damnatione eripias, te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis, requie eternā donare digneris, te rogamus audi nos.

q

Vt nos

LITANIA

Venite nos exaudiere digneris, te rogamus
audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi;
miserere nobis.

Christe audi nos, Christe audi nos,
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed
libera nos, à malo.

Hymni selecti aliquot, præsertim matu-
tino tempori congruentes O siue
ad orandum, siue ad can-
tandum insigues.

TE DEVM laudamus: te Domine.
Nam confitemur. Te æternū pa-
trem: omnis terra ueneratur. Tibi om-
nes angelī tibi cœli & uniuersæ potesta-
tes. Tibi Cherubin & Seraphin; incel-
sabile.

sibili uoce proclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus Deus sabaoth. Pleni sunt cœli & terra : maiestatis gloriæ tuæ. Te gloriosus Apostolorum chorus. Te Prophetarum : laudabilis numerus. Te Martyrum candidatus laudat exercitus. Te per orbem terrarum : sancta confitetur Ecclesia. Patrem immensæ maiestatis. Venerandum uerum : & unicum filium, Sanctum quoque paracletum spiritū. Tu rex gloriæ Christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandū suscepturus hominē : non horruisti uirginis uterum. Tu deuicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna cœlorum. Tu ad dexteram Dei sedes in gloria patris. Iudex crederis esse ueterus. Te ergo quæsumus tuis famulis subueni : quos PRAECIOSO SANGVINE redemisti. Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria munerari. Saluum fac populum tuum Domine : & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos : & exolle illos usq; in æternū.

q 2 Per

HYMNI QVIDAM

Per singulos dies benedicimus te. Et
laudamus nomen tuum in seculum: &
in seculum seculi. Domine dignare Domine
die isto; sine peccato nos custodire. Misere
serere nostri Domine: miserere nostrum.
Fiat misericordia tua Domine super
nos: quemadmodum sperauimus in te,
In te Domine speravi non confundar
in aeternum.

Canticum trium puerorum apud Danielem.

BENEDICITE omnia opera Do-
mini Domino: laudate & superex-
alte eum in secula. Benedicite Angeli
Domini Domino: benedicite coeli Do-
mino. Benedicite aquae omnes quaesu-
per caelos sunt Domino: benedicite om-
nes uirtutes Domini Domino. Ben-
dicite sol & luna Domino: benedicite
stellas coeli Domino. Benedicite hym-
ber & ros Domino: benedicite omnes
spiritus Dei Domino. Benedicite ignis
& astus

& æstus Domino. Benedicite frigus
& æstas Domino. Benedicite rores &
pruina Domino; benedicite gelu & fri-
gus Domino. Benedicite glaties & ni-
ues Domino: benedicite noctes & dies
Domino. Benedicite lux & tenebras
Domino: benedicite fulgura & nubes
Domino. Benedicat terra Dominum;
laudet & superexaltat eum in secula. Be-
nedicite montes et colles domino: bene-
dicite uniuersa germinantia in terra do-
mino. Benedicite fontes domino: be-
nedicite maria & flumina domino. Be-
nedicite cete & omnia quæ mouetur in
aquis Domino: benedicite oës volucres
coeli Domino. Benedicite omnes be-
stias & pecora Domino: benedicite filii
hominum Domino. Benedicat Israel
Dominum: laudet & superexaltet eum
in secula. Benedicite sacerdotes Do-
mini domino: benedicite servi Domini
Domino. Benedicite spiritus & animæ
iustorum Domino: benedicite sancti &
humiles corde Domino. Benedicite

q 3 Anania

HYMNI QVIDEM

Anania Azaria Misahel Dorhino : laudes
date & superexaltate eum in secula. Be-
nedicamus Patrem & filium cum sancto
spiritu, laudemus & superexaltemus eum
in secula. Benedictus es Domine in fir-
mamento coeli : & laudabilis & glorio-
sus & superexaltatus in secula.

Canticum Zacharie Propheta.

BENEDICTVS Dominus Deus
IsraeI : quia diffitauit & fecit redem-
ptionem plebis sue. Et erexit cornu sa-
lutis nobis : in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum ; qui
a seculo , sunt Prophetarum eius . Sa-
lutem ex inimicis nostris : & de manu
omnium qui oderunt nos. Ad facien-
dam misericordiam cum patribus nostris:
& memorari testamenti sui sancti. Ius-
itrandum quod iuravit ad Abraham pa-
trem nostrum : daturum se nobis. Ut si-
metimore de manu inimicorum nostro-
rum liberati : seruiamus illi. In sancti-
tate & iustitia coram ipso: omnibus die-
bus no-

bus nostris. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum. Per uiscera misericordiae Dei nostri: in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

Canticum Deiparæ Virginitatis, quod Ecclesia Vespertino tempore solet accommodare.

MAGNIFICAT anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: continentibus eum. Fecit potentiam in

q 4 brachio

HYMNI QVIDAM

Brachio suo : dispersit superbos mente
cordis sui. Deposuit potentes de sede;
& exaltauit humiles. Esurientes im-
pleuit bonis : & diuites dimisit inanes.
S uscepit Israel puerum suum : recorda-
tus misericordiaæ suæ. Sicut locutus est
ad patres nostros : Abraam & semini ei-
us in secula.

Canticum Simeonis Prophetæ sub no- tæ etem maxime recitandum.

Nunc dimittis seruum tuum Domi-
nione : secundum uerbum tuum in
pace. Quia uiderunt oculi mei : salua-
re tuum. Quod parasti ante faciem
omnium populorum. Lumen ad reue-
lationem gentium : & gloriam plebis tuzæ
Israel.

Psalms.

Deus in adiutorium meum inten-
de: Domine ad adiuuandū me fe-
mina. Confundantur & reuereātur: qui
quarunc

quærunt animam meam. Auertantur retrosum, & erubescat: qui uolunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge euge. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum. Ego uero egenus & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor & liberator meus es tu: Domine ne moreris. Gloria patri & filio. Sicut erat. Vers: Saluos fac seruos tuos. Rx. Deus meus sperantes in te. Vers: Esto nobis Domine turris fortitudinis. Rx. A facie inimici. Verl. Nil proficiat inimicus in nobis. Rx. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. Vers: Domine non secundū peccata nostra facias nobis. Rx. Neçp secundū iniquitates nostras retribuas nobis. Vers: Oremus pro Pōtifice nostro. Rx. Dominus conseruet eum, & uiuiscet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Vers: Oremus pro benefacto^ribus

ORATIONES

ribus nostris. Rx. Retribue dignare Do-
mine omnibus nobis bona facientibus
propter nomen tuum uitam æternam.
Amen. Vers: Oremus pro omnibus
fidelibus defunctis. Rx. Requiem æter-
nam dona eis Domine: & lux perpe-
tua luceat eis. Vers: Requiescat in pa-
ce. Rx. Amen. Vers: Pro fratribus
nostris absentibus. Rx. Saluos fac ser-
uos tuos, Deus meus sperantes in te.
Vers: Mitte eis Domine auxilium de
sancto spiritu. Rx. Et de Sion tuere eos.
Vers: Domine exaudi orationem meā.
Rx. Et clamor meus ad te ueniat.

Orationes.

- I. Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: ut nos & omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit, miseratione tuæ pietatis absoluat.
- II. Exaudi quæsumus Domine suppli-
cum preces, & confitentium tibi parce
peccatis.

peccatis : ut pariter nobis indulgentiam
tribuas benignus & pacem.

III. Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a poenitentia quas pro his meremur, eripias.

III. Deus qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi tui suppli-
cantis propitius respice : & flagella tuae iracundiae quae pro peccatis nostris meremur, auerte.

V.. Omnipotens semperne Deus miserere famuli tui Papae nostri : & dirige eum secundum tuam clementiam in uitam salutis æternæ : ut te donante tibi placita cupiat : & tota uirtute perficiat.

VI. Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pa-
cem : ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VII. Vere igne sancti spiritus renes no-
stros, & cor nostrum Domine : ut tibi

ORATIONES.

casto corpore seruiamus, & mundo cor
de placeamus.

VIII. Fidelium Deus omnium condi-
tor, & redemptor animabus famulorum
famularumq; tuarum remissionem cun-
ctorum tribue peccatorum : ut indulgen-
tiam quam semper optauerunt: p̄hs sup-
plicationibus consequantur.

IX. Actiones nostras (quæsumus) Do-
mine aspirando præueni & adiuuando
prosequere ut cuncta nostra oratio, &
operatio à te semper incipiat, & per te
cæpta, finiatur.

X. Omnipotēs sempiterne Deus, qui
uiuorum Dominaris simul & mortuo-
rum: omniumq; misereris quos tuos fi-
de & opere futuros esse prænoscis, te sup-
plices exoramus, ut pro quibus effunde-
re preces decreuimus, quosq; uel presens
seculum adhuc in carne retinet, uel futu-
rum iam exutos corpore suscepit: inter-
cedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis
tuæ clemētia, omnium delictorum suo-
rum ueniam consequantur, Per Domi-
num

AD SANCTISS. TRINITATEM. 911

num nostrum IESVM Christum filium
tuum. Qui tecum uiuit & regnat in uni-
tate spiritus sancti D E V S per omnia
secula seculorum Amen. Vers: Bene-
dicamus Domino. R_g. Deo gratias.
Vers: Fidelium animæ per misericordi-
am Dei requiescant in pace. R_g. Amen,

Orationes ad Sanctiss. Trinitatem.

Benedicta sit creatrix & gubernatrix om-
niū sancta & individua Trinitas & nunc
& semper, & per infinita secula seculorū.
Vers: Benedicamus patrem & filium cū san-
cto spiritu. R_g. Laudemus & superexultemus
cum ea in secula. Oratio. Omnipotens sem-
piterne D E V S, qui dedisti nobis famulitui
in confessione ueræ fidei æternæ Trinitatis glo-
riam agnoscere, & in potentia maiestatis ados-
rare unitatem, quæsumus ut eiusdem fidei fir-
mitate ab omnibus semper muniamur adver-
sus. In qua uiuis & regnas D E V S.

*Oratio ad Dcūm Patrem. Pater
de cœlis Dcūs miserece nobis.*

3 Domi-

ORATIONES

Domine DEVS Pater omnipotens qui
cōsubstantialem & coeternum tibi filiu
ante omnia secula ineffabiliter genuisti,
In quo & spiritu sancto ex te eodemq; filio pro
cedeti cōclum ac terram & quæcunq; in eis exis
tunt uisibilia & inuisibilia creasti, & me peccas
torem inter omnia. Te laudo, te adoro, te glor
ifico : ne despicias me opus manuum tuarum;
sed salua me propter nomen sanctum tuum,
qui uiuis & regnas DEVS.

*Oratio ad Deum filium. Fili redem
ptor mundi Deus miserere nobis.*

Domine IESV Christe fili Dei uiui qui
es uerus omnipotens DEVS, splendor
& imago patris & uita æterna : cui est
una cum æterno patre & spiritu sancto æquas
lis honor, eadem gloria, coeterna maiestas, una
substantia : Te laudo, te adoro, te glorifico, ne
despicias opus manuum tuarum ; sed salua &
adiuua me gratuito munere tuo, quem redimes
re dignatus es tuo sanguine precioso. Qui cum
patre & spiritu sancto uiuis & regnas DEVS,

*Oratio ad spiritum sanctum. Spiritus
sancte Deus, miserere nobis.*

Domine

Domine spiritus sancte auge me. D E V S.
qui coæqualis cœsubstantialis & coeterus
nus patri filioq; existens ab eis ineffabiliter
procedis, quiq; supra eundem Dominum
nostrum I E S U M Christum in columbae spes
cie, & super sanctos discipulos suos in igneis
linguis descendisti: Te laudo, te adoro, te glor
ifico, Depelle a me (quæso) tenebras totius
erroris & ignorantiae: & accende in me lumen
misericordiaæ, & ignem sanctissimi & beatissimi
amoris tui. Qui cum patre & filio,

Oratio ad sanctam Trinitatem.

Sancta Trinitas unius Dei

miserere nobis.

Domine omnipotens æternæ D E V S
ineffabilis, sine fine & absq; principio
quem unum in Trinitate & Trinum in
unitate confitemur. Te laudo, te adoro, te glo
rifico, tuæq; misericordiaæ & clementiaæ gratias
refero: qui me existentem in nocte totius erro
ris & ignorantiae uoluisti fieri participem gra
tiaæ & misericordiaæ tuæ. Perfice in me (quæ
so) coëptum opus misericordiaæ: & gratuita me
ubiq; pietate custodi, & fac me peccatorem
semper cogitare, loqui, & agere quæ tibi placis
ta sunt: & post huius uitæ terminum ad tuam

r 4

uisionem

DE PASSIONE CHRISTI

missionem facias pervenire. Qui in Trinitate
perfecta uisus & regnas DEVS; per omnia
secula seculorum. Amen.

Orationes S. Gregorij.

O Domine IESV Christe adoro te
in cruce pendentem & coronam
spineas in capite portantem deprecor
te ut tua crux liberet me ab Angelo per-
cutiente. Pater noster. Aue Maria.

O Domine IESV Christe adoro te in
cruce vulneratum felle & acero potatu,
Depreco te ut tua vulnera sint reme-
dium animæ meæ. Pater noster. Aue
Maria.

O Domine IESV Christe adoro te in
sepulchro positum myrra & aromatibus
conditum, Depreco te ut tua mors sit
mea uita. Pater noster. Aue Maria.

O Domine IESV Christe adoro te
descendentem ad inferos & tuos inde
liberantem, Depreco te: ut illic nunquam
me patiaris introire. Pater noster. Aue
Maria.

O Domine

O Domine IESV Christe adoro te a
mortuis resurgentem & ascendentem in
coelum, sedentem ad dexteram patris,
Deprecor te ut illic te sequi et tibi presen-
tari merear. Pater noster. Ave Maria.

O Domine IESV Christe pastor bo-
ne iustos conserua, peccatores iustifica,
omnibus fidelibus miserere: & propitius
esto mihi misero & indigno peccatori,
Amen. Pater noster. Ave Maria.

O Domine IESV Christe rogo te per
illam amaritudinem passionis tuae qua
in hora mortis sustinuisti, maxime tunc
quando anima tua sanctissima de bene-
dicto tuo corpore est egressa: miserere
animae meae in egressu suo de corpore
meo, Amen. Pater noster. Ave Maria.

O bsecro te Domine IESV Christe: ut
passio tua sit uirtus mea qua muniar
protegar & defendar; uulnera tua sint
mihi cibus & potus quibus inebrier &
delecter. Aspersio sanguinis tui sit om-
nium peccatorum meorum ablutio. Mors
tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit

r s mibi

ORATIONES

mihi refectio, exultatio, sanitas, studium;
gaudium, desiderium corporis & animæ
nunc & ēternum, Amen.

De quinque vulneribus Redempto- ris, per eundem B.

Gregorium.

Ave manus dextera Christi, per-
forata plaga tristi. Nos ad dextrā
lube fisti: quos per dextram redemisti:
Pater noster. Ave Maria.

Ave palma I E S V Lazua: sic confixa
manu sœua, nos ab Euge malo leua: quos
produxit mater Eva. Pater noster. Ave
Maria.

Ave dulcis dextri pedis: pedem men-
tis piè ledis. Dum ad eam sœpe redis,
Esto nobis spes mercedis. Pater noster.
Ave Maria.

Ave plaga leuæ plantæ: qua uirtutum
trecunt plantæ. Nos ab hoste supplana-
tante: contuere post & ante. Pater no-
ster. Ave Maria.

Ave

Aue latus lanceatum: unde fluxir flumen gratum. Præbe nobis condūcatū: ad æternæ uitæ statum. Pater noster.

Aue Maria.

Vers. Vulneratus est propter iniquitates nostras. Rz. Attritus est propter scælera nostra. Oratio. Concede quæsumus omnipotēs Deus, ut sanctissima vulnera dulcissimi filij tui Domini nostri IESV Christi cordibus nostris imprimant eisq; uehementer adhæreant: mentesq; nostraras illuminent, & in tuo sancto seruitio faciant amore feruentes. Per eundem.

DE SEPTEM CHRI-

*STI uerbis in Cruce Ora-
tio Vener. Bedæ.*

Domine IESV Christe qui septem uerba ultimo die uitæ tuæ in cruce pendens dixisti: ut semper illa sanctissima uerba in memoria habeam, rogo te per uirtutem illorum septem uerborum: ut mis-

DE SEPTEM CHRISTI VERSIS IN CRU-

ut mihi parcas quicquid peccavi aut co-
misi in septem peccatis mortalibus aut ex
illis procedentibus: scilicet superbia, au-
titia, luxuria, inuidia, gula, ira, accidia.
Sicut enim tu dixisti, Pater ignosce cru-
cifigentibus, fac ut amore tuo parcam
cunctis mihi mala facientibus. Et si-
cuit tu dixisti latroni, Hodie mecum eris
in Paradiso, fac me ita uiuere ut in ho-
ra mortis mihi dicas: Hodie mecum eris
in coelo. Et sicut tu dixisti matre tuae,
Mulier, ecce filius tuus, deinde discipu-
lo, Ecce mater tua. Fac ut matre tuae
societ me amor tuus & charitas uera. Et
sicut tu dixisti, Hely, Hely lamazaba-
thani, hoc est Deus meus Deus meus:
ut quid dereliquisti me? Fac me in tem-
pore tribulationis & angustiarum mearum di-
cere, Pater mi Domine mi, miserere mei
& adiuua me, quia tuis proprio sanguinis
redemisti me. Et sicut tu dixisti, Sicut,
scilicet salutem animarum sanctarum quae
in limbo inferni erant aduentum tuum
expectantes: Fac ut semper fitiam & di-
ligam

ligam te fontem aquæ uiuentis , fontem æterni lumenis , toto cordis desiderio ad amandum . Et sicut tu dixisti , Pater in manus tuas cōmitto spiritum meum , Recipe me uenientem ad te : quia nunc constituisti mihi terminum temporis uitæ meæ . Et sicut tu dixisti , Consumatum est , Quod significat labores & do lores , quos pro nobis miseris pati uolue ras iam finiri . Fac ut audire merear illâ dulcissimam uocem tuam : scilicet , Veni amica mea dilecta mea : quia iam dis posui penurias tuas cōsumare : ueni ut me cum sedeas cum Angelis meis in regno meo : epulari , iucundari , & morari per infinita seculorum , Amen .

B. Bernardi uersus octo ē
Psalmis selecti.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eū . In manus tuas commendó spiritum **meum**

B. BERNARDI VERSVS OCTO

meum redemisti me Domine D E V S
tueritatis.

Locutus sum in lingua mea: notum mihi
huius fac Domine finem meum.

Et numerum Dierum meorum quis est
ut sciam quid deficit mihi.

Fac mecum signum in bonum: ut videant qui oderunt & confundantur,
quoniam tu Domine adiuvasti me &
consolatus es me.

Dirupisti Domine vincula mea: tibi
sacrificabo hostiam laudis, & nomen
Domini inuocabo.

Periit fuga a me: & non est qui requiri-
rat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes
mea portio mea in terra uiuentium.

IVDAS

IUDAS APO-
STOLVS.

EI QVI POTENS EST
nos conseruare sine peccato, O consti-
tuere ante conspectum gloriae suæ im-
maculatus in exultatione in aduentu Do-
mini nostri IESV CHRISTI,
soli DEO saluatori nostro per IE-
SVM CHRISTVM Do-
minum nostrum gloria O magnifi-
centia, imperium O potestas an-
te omnia secula, O nunc,
O in omnia secu-
la seculorum,
Amen.

ingolstadij Alexander O Samuel Vucyssens
 bornij, ediderunt Menſe Iulia
 post Christum natum Anno
 M. D. L. VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

